sicut patet ꝑ hos versus. Hoc no
men verbū designat quattuoꝛ ista. Est pars deceptio christus fili
usqꝫ loquela. Et hoꝛū versuū habet̄ expositio in modissignificādi
Et in ꝓposito capit̄ verbū in ṗma acceptiōe scꝫ inquantū est ꝑso
ratiōis. Et dr̄ verbū a verberādo. qꝛ in prolatiōe verbi verberat̄
aer. Unde verbum pocius dr̄ a verberādo q̄ alia parsoꝛonis. qꝛ
verbū habet pluries ꝓferri et frequēcius est in vsu nostro q̄ alie
parteſoꝛonis. qꝛ solo verbo expresso et noīe intellecto pōt ꝑfecta

constitui oratio. vt patet de verbis prime et secūde psonarum. et ideo hec psorōnis p anthonomasiā sibi retinet hoc nomē verbū.

Sciendū tercio q verbū a pristiano sic describit. Est parsorōnis cū modis et formis et tēporibus agēdi vel paciēdi significatiā sine casu. Et cum ista diffinitiōe satis cōcordat diffinitio donati. Sed ab arestotile in libro periarmenias sic diffinit. Verbū est quod cōsignificat tēpus ꝛ est semp eorū que de altero dicunt nota. Et sic patz q inter omia ista accidētia vbi tempus magis ꝓprie cōuenit ipsi verbo. quia ponit in diffinitiōe verbi ab omibus istis autoribus Et ideo significare cū tempore est ꝓpriū verbi. Et licet participiū etiā significet cū tpe. tamen hoc nō habet a natura sua ꝓpria. sed hoc habet ratiōe verbi a quo capit partem Nā (vt postea dicet in diffinitione participij) participiū capit a verbo tempora et significationes. et sic verbū est illud cui pocius cōuenit significare cū tpe. et hoc sufficit ad hoc q significare cū tpe sit ꝓpriū ipsi verbo.

Sciēdū quarto q verba quādoqz possunt designari noīaliter et habent vim nominis. vt cū dicit legere est agere. currere vero est nō legere vbi legere currere sumūtur nomīaliter cū reddāt suppositū huic verbo est. Sed nunq̄ nomen potest fieri verbum siue sumi verbalit Nec potest habere vim verbi. Cuius causa est. qꝛ nomen significat substantiā que est p se stans et permanēs. verbū aūt significat accñs. scz agere aut pati. Sed substātia nunq̄ pōt significari p modū accñtis Quia quod vni ē substantia nulli est accidēs. vt patet pmo phisicorū. Illud aūt quod est accidēs licet nō possit esse substātia. tñ bene pōt significari per modū substātie vt albedo nigredo et cetera accidētia absoluta que per modū substācie significari possunt. Et ratio est. quia significāt substantiā ideo verbum significās accidens pōt quādoqz capi nomīaliter. Sed nunq̄ nomen significans substantiā potest capi verbaliter Et sic ptz quid sit verbū. et quomō intelligat diffinitio eius. Qui autē sint modi significādi essentiales eius. patet in libro modorū significandi.

Cōtra p̄dicta arguit primo sic. Illa que faciūt vnū numero nō distinguūtur. sed nomen ꝛ verbū sunt huiusmodi igit ꝛc̄. Minor patet. qꝛ nomen significat substāciā verbum vero actū. sed ex substācia et actu fit vnum. vt ex socrate et albescētia sua. ergo nomē et verbū nō distinguunt. ¶ Secundo sic. Verbū est tota oratio ergo nō est parsorōnis. Antecedens probatur. quia illud est oratio quod causat pfectū sensum in

animo auditoris. sed verbū hoc solū facit. vt patet dicēdo curro. ¶ Tertio sic diffinitio entis positiui nō debet dari per negationē sed verbū est ens positiuū cū sit pars orōnis. ergo male ponitur in diffinitiōe verbi sine casu. ¶ Quarto sic. Omne verbum significat agere aut pati. vt patet p diffinitionē priściani. ergo superflue ponitur in ista diffinitiōe aut neutrū. ¶ Quinto sic. Diffinitio debet dari p principia essentialia sua. q2 diffinitio est oratio indicās quid ē esse rei per essentialia. ergo in ista diffinitiōe verbi male ponuntur accidentia eius. scz tempus et persona.

Ad argumenta in oppositum.

¶ Ad pmū dicit. q eadē numero dicunt quadrupliciter. scz eadem noīe. eadē differētia. eadē ppriō. et eadē accidente. Ista em̄ que faciūt vnū numero duobus pmis modis nō distinguūtur ab inuicē sm rem. Sed tamen illa que faciūt vnū numero numerositate subiecti z accidētis licet nō distinguant sm rem tn̄ distinguūtur p suas essencias. q2 alia ē essentia substācie q accn̄tis. cū eēncie pdicamētorum sunt impmixte. et ita nomē z verbū distinguūtur essentialiter p suas essentias specificas et formales. ¶ Ad secundū dicit q verbū nō est tota oratio sed est pars orōnis. Et licz verbū qnqz generet perfectū sensum in aīo auditoris. hoc tamē non est ex sua ppria natura. sed gracia determinati noīs intellecti in ipō. Nā cū dicit curro intelligit ego. quod reddit sibi suppositum. q2 omne posterius dat intelligere pri9. ¶ Ad terciū dicit. q diffinitio entis positiui nō debet dari per negationē negāter tē tam. tamen bene pōt dari per negationē fundatā in affirmatione. cuiusmodi ē ista negatio sine casu. significat em̄ qd verbum sīcat p modum fluxus et fieri. ¶ Ad quartū dicit. q si capit actio vt se extendit ad omnē actionem tā transeuntem q immanentē. hoc modo oīe verbum sīcat agere aut pati. quādo aūt capit spetialit solum pro actiōe transeunte. sicut capit ab autore nostro. sic non oīe verbum sīcat actionē sicut sunt verba neutralia et absoluta. que solum sīcant actionē immanentē. sicut sedeo studeo z similia. ¶ Ad quintū dicit. q omīs diffinitio quiditatiua debet dari per essentialia pncipia. sed hoc nō oportet de diffinitiōe descriptiua. q2 illa pōt dari per accn̄tia. cuiusmodi est diffinitio autoris.

Verbo quot accidūt Septem.

Postq autor determinauit de verbo quātum ad eius essentialia ponēdo diffinitionē eius. In qua licet ponant aliqua accn̄tia. tn̄ illa notificant essentialia verbi que per primā partem diffinitiōis

explicanť scꝫ p̈ genus. Et datur etiā per accn̄tia ꝓpria que fluunt a principijs eius. Hic cōsequēter determinat de verbo quātū ad eius accidētia que cōsequūtur esse cōpletū eius. Et p̄mo determinat de illis in generali. et postea de vnoquoqꝫ in speciali. In p̄ma parte dicit autoꝛ ꝙ verbo accidūt septem vt patet in textu.

Sciendū p̄mo ꝙ autoꝛ nō enumerat modū inter accn̄tia verbi. Licet imediate de ꝑo ꝓsequať cū dicit. qualitas verboꝝ in quo est. in modis ⁊ in formis. Cui⁹ ratio est. qꝛ in enumeratiōe accn̄tiū verbi autoꝛ cōprehendit modū sub qualitate Quia vt postea dicit autoꝛ qualitas verborū in quo est in modis ⁊ in formis. Cum eñ aliqua sic se habent ꝙ cōprehenduntꝛ inter se quādo vnū enumeraťꝛ non oportet aliud enumerari. et ideo ex quo donat⁹ posuit qualitatē. nō oportuit ponere modū inter accn̄tia verbi Et ꝓpter eandē causaꝫ non enumerat autoꝛ formā quia sub qualitate cōprehēdunť modus ⁊ forma cū qualitas verborū cōsistat in modis ⁊ in formis verboꝝ In determinatiōe tn̄ accidēciū verbi autoꝛ determīat de modo cū dicit. modi q̄ sunt. Et siḱiter de forma cū dicit forme v̈borū quot sunt. vt doceat iuuenes ad debite formandū vnā formā ab alia.

Sciendū scd̄o ꝙ licet autoꝛ dixerit qualitatē nomis esse bipertitā. et etiā qualitatē pronoīs. nō tamē dicere debuit qualitatē verbi esse bipertitā. licꝫ cōsistat in modis et in formis. Cuius ratio est qꝛ membra diuidēcia qualitatē in noīe et ꝓnoīe nunq̄ pn̄t ꝑtinere ad eandē rē. neqꝫ in eodē reperiri. cū nullū nomen sit ꝓpriū et appellatiū simul et semel sicut hoc ꝓnomē ego. Siḱiter in pronoīe nihil est finitū et infinitū simul et semel Hec aūt diuersitas nō est in qualitate verbi qꝛ quodlibet verbū est alicui⁹ modi ⁊ alicui⁹ forme simul ⁊ semel sicut hoc v̈bū lego ē indicatiui modi et ꝑfecte forme. Et ideo modus ⁊ forma que qualitatē v̈bi ꝫcant in eodē reperiri pn̄t. cū ergo mēbra diuidēcia pn̄t simul et semel in eodē repiri. ideo autoꝛ non diuisit qualitatē in modū et formā sicut in nomine et pronomine.

Sciēdū tercio ꝙ sufficientia septē accidenciū verbi sic potest haberi Quia oīe quod accidit verbo aut accidit ei ex parte vocis aut ex parte significationis. Si primū hoc est dupliciter Vel illa accidentia solū cognoscūtur in fine vocis et sic ē cōiugatio. Vel in tota voce et sic ē forma. Si aūt aliquid accidit verbo gracia significatiōis. hoc est dupliciter. aut ē accidēs absolutū ⁊ hoc est dupliciter. aut est accidēs cōmūe ⁊ sic ē figura. aut ē ꝓpriū et sic ē tp̄us. aut respectiū

et hoc ē dupliciter. q2 vel illa subā verbi ponit̄ aparteañ siue a pᵗ
tepost. Si pͥmū sic est tripliciter Aut v̄buz dr̄ a subā. aut ē in subā
aut termiat subāz Si pͥmū sic dicit̄ esse psona. Nā inter ntm̄ p̄ce
dentē et inter verbū dz esse cōformitas psone. Si scd̄m sic est nūe
rus. Si terciū sic ē mod⁹ Et sic sunt tria accn̄tia ex parte s̄ĝcatiōis
aparteante. Si v̄o fit apartepost sic est gen⁹. q2 gen⁹ inest verbo
per cōparationē ad substantiā apartepost. Nam verba actiua re
gunt apartepost. passiua vero aparteante

Sciendū q̄rto q̄ licet verbū nō s̄ĝcet subām habz
tamē modū subē eo q̄ cōstituit̄ in
esse per suos modos s̄ĝcandi essentiales. qui sunt s̄ĝcare per moduz
fluxus et fieri et p modū dicibilis de alio. quorū pͥmus est gn̄alis
hn̄s modū materie. et scd̄us spēalis habens modū forme. Nā se
parat et distinguit verbū ab alijs partibus orōnis. et reponit ip̄m
v̄bum sub esse partis. Et ideo sicut subā materialis ꝯponitur ex
materia ⁊ forma. ita v̄bū intelligit̄ cōponi ex istis duobus modis
s̄ĝcandi. Ex q̊ patet q̄ verbū habet modū subē ideo sibi pn̄t inesse
aliqua accn̄tia Ita q̄ licet v̄bum cōpatum ad subām sit accn̄s. tn̄
cōparatū ad suos modos s̄ĝcandi accn̄tales hz modū subē. Sicut
supficies ad subām materialē cōpata (cū sequat̄ ei⁹ esse cōpletū)
est accn̄s. tamē in ordine ad nigredinē ⁊ albedinē que subē insunt
mediante supficie. supficies habet modū subē. ideo dicit arestōi
les in p̄ntis quāta est supficies tantū album fore dicas. Et sic ptz
quot sunt accn̄tia verbi et q̄ non plura, nec pautiora.

Contra p̄dicta arguit̄ p̄mo sic.

Accidētia accipiūt esse ab illis quorū sunt accn̄tia. q2 accn̄tis esse
est solū inesse. sed nulla accn̄tia pn̄t capere esse a verbo. ergo v̄bū
nō habet accn̄tia. Minor ꝓbat̄ q2 nihil dat alteri qd̄ nō hz v̄bum
aūt non habet esse. cū sit accn̄s. ergo ⁊c̄. ¶ Scd̄o sic. Pristianus
assignat verbo octo accn̄tia. q2 cū p̄dictis assignat spēm. ergo vl̄
pristianus ē supfluus. vel donatus diminut⁹. ¶ Tertio sic. dona
tus nō assignat formā int̄ accn̄cia v̄bi. et tn̄ post hoc dicit formaz
accidere v̄bo. q2 de ipsa determiat inter accn̄cia verbi. ergo sunt
plura q̄ͣ septē. ¶ Quarto sic. Om̄e accn̄s adest vel abest p̄ter cor
ruptionē illius cui⁹ est accidēs. vt dr̄ in p̄dicabilib⁹ sed tēpus nō
pōt abesse verbo. q2 (vt dicit autor modorū s̄ĝcandi) fluxus ⁊ fieri
sine tpe nequit haberi. ergo tempus nō est accn̄s verbi. et p ꝯn̄s
pautiora sunt accn̄cia verbi q̄ͣ septez. ¶ Quinto sic. Si qualitas
esset in modis et in formis. sequeret̄ q̄ deberet diuidi ī modū ⁊ in
formā tanq̄ͣ genus in suas spēs. sed q̄litas nō diuidit̄ in ista tanq̄ͣ

in duo membra distincta. q2 reperiũtur in eodem verbo. ergo seq̃tur q̃ nõ debeat enumerari inter accidentia verbi.

Ad argumenta in oppositum.

Ad pmũ dr. q licet verbũ realiter sit accñs. tñ hz modũ subẽ. vt dictũ est. ideo põt dare esse suis accñtib⁹. ¶ Ad scdm dr. q autor nõ assignat spẽz inter accñtia verbi. q2 spẽs ptinet ad pfectos z sapiẽtes. quos oportet scire qd sit deriuatio. et nõ ad pueros ad q̊s ille loquit̃. ideo solũ enũerat illa accñtia q̃ pueri pñt apprehẽdere Vel põt dici q donat⁹ cõprehẽdit spẽm sub forma. ¶ Ad terciũ dicit̃. q autor in enumerãdo accñtia verbi satis ɔprehẽdit formã sub q̃litate. vt visum est. vel põt dici q nõ enũerat eã. ꝓpter causam. q̃ dicta ẽ de specie. q2 dicit autor modorũ ẜcandi q forma est in ṽbo sicut spẽs in noĩe. ita scz q tres vltime forẽ deriuant̃ a forã pfecta. sicut spẽs deriuatiua a pmitiua. Et sic cũ ad pueros nõ ptineat scire deriuatiões au. obmisit formã. ¶ Ad quartũ dr q accidẽs cõmune põt adesse vł abesse p̃ter sbiecti corruptiõz. sed nõ accñs ꝓpriũ. cuiusmõi est tẽpus in ordĩe ad ṽbuz. ¶ Ad quĩtũ dr negãdo ɔñaz et cã satꝛ ptz ex dictꝛ. q2 mod⁹ et forã nõ hñt se ad q̃litatẽ sic̃ mẽbra diuidẽtia. ideo pñt simul z semel reperiri in eodẽ.

Modi qui sunt indicatiuus vt.

Postq̃ autor determĩauit de accñtib⁹ verbi in gñali. Hic ɔñter determĩat de vnoquoqz in speciali. Et pmo determĩat de modo z forma in quibus cõsistit qualitas verborũ. In pma parte dicit q modi verboꝝ sunt hij. scz indicatiu⁹ qui ẜcat rem suã sub affectu indicãtis. vt lego. Impatiuus qui ẜcat rem suã vt cadit sub affectu impantis. vt lege zc̃. Sed infinitiu⁹ ẜcat rem suã vt cadit sb affectu incerto. vt legere. Et sic ptz qualiter reperiunt̃ quĩqz modi in verbo psonali. Et etiã repiunt̃ quĩqz in verbo impsonali sicut legit̃ in indicatiuo. in ĩperatiuo vt legat̃ zc̃ijs. Et in infinitiuo vt legi. et hoc est qd addit autor impsonalis vt legitur.

Sciendũ pmo q pristianus sic diffinit moduz in maiori volumie. Modus ẽ varia inclinatio animi. varios eius affectus demõstrans. Licet ab autore modorũ ẜcandi sic diffinitur. Modus est mod⁹ ẜcandi accidẽtalis datus verbo ad designandũ rem suã prout cadit sub affectu certo aut incerto. Ex illa diffinitiõe possunt alici diffinitiões omniũ modorum in speciali ponendo cuz affectu verbum cuiuslibet modi, vt visum est, Et hoc dicit autor modorũ ẜcãdi cũ dicit

Pone sub affectu rem cuiuscūqꝫ modi Et dicit modus a moderoꝛ. are. qꝛ ꝑ ipm modū conceptū vel affectū animi moderamus. Vel dicit modus a motu. qꝛ dicit indicatiuꝰ in vno motu et imꝑatiuꝰ in alio ⁊c̃ijs. suo modo. Vñ inter istos quiqꝫ modos indicatiuꝰ priorē obtinet locū. qꝛ forma prior est formato. sed indicatiuus se hꝫ ꝑ modū forme. alij aūt ꝑ modū formati. ideo indicatiuus prior est oībus alijs modis. Similiter ex noīe et verbo indicatiui modi ꝯstituitur oratio verū vel falsum ſ̃cans. quod nō p̄t fieri ex verbis aliorū modorū ab indicatiō. Et inde est ꝙ alia verba ab indicatiuo fere dicunt casus verbi. ideo omēs alios modos p̄cedit indicatiuus Similiter impatiuus p̄cedit optatiuū. qꝛ impatiuus significat imperare. Optatiuus aūt optare. Sed digniꝰ est impare ꝙ̃ optare Siliter optatiuꝰ p̄cedit cōiunctiū. qꝛ cōmunior et certior est significato ꝯiunctiui. et simplitior. qꝛ optatiuꝰ ad sui ꝑfectionez nō indiget nisi hoc aduerbio vtinā. Cōiunctiuꝰ vero quādoqꝫ indiget alio verbo. et hoc aduerbio cū. vt patet in hac oratiōe. cū veneris ad me dabo tibi equū. Cōiunctiuus etiā precedit infinitiuū. quia cōiunctiuus significat rem suā sub affectu certo. infinitiuus aūt sub affectu incerto Sed certuꝫ precedit incertū tanꝙ̃ magis dignū precedit minus dignum.

Sciendū scd̃o ꝙ numerus ⁊ sufficiētia istorū quiqꝫ modorū sic pōt haberi qꝛ omis modus est varia inclinatio animi. vel ergo illa inclinatio habet fieri finite vel infinite Si secundū sic est infinitiuus. qꝛ ſ̃cat rem suam sub esse incerto et infinito. qꝛ est sine numeris et personis. Si primū hoc est quadrupliciter quia vel illa certitudo est ex parte dicantis et sic est indicatiuꝰ. Vel ex parte imperātis. et sic ē imperatiuus. Vel ratiōe optantis. et sic est optatiuus Vel rōne cōiungētis. et sic ē cōiunctiuus. Nā (vt dicit pristianus) cōiunctiuus dicit quia alteri modo cōiungit plus ꝙ̃ alij modi. et plus est igitur in eo ꝙ̃ in alijs modis. qꝛ cōiunctiuus nihil certū denotat. sicut nec infinitiuus. sed significat rem suā cōditionaliter.

Sciendū tertio ꝙ cōsequēter dicit autor ꝙ quattuor sunt forme verborū. scꝫ ꝑfecta meditatiua inchoatiua et frequētatiua. Forma aūt ꝑfecta est illa que nō format ab alia. sed format alias de se. ita ꝙ forma dicat a formo formas Nā vt dicit autor modoꝝ significādi. forma perfecta habet se in verbo sicut species primitiua in noīe. sed alie tres sicut species deriuatiua in noīe. Vñ forma impfecta reperit in qualibet cōiugatione. Meditatiua autē forma est illa que significat rem suā in ratiōe meditatiōis. Et formant verba meditatiua

ab vltimo supino breuiãdo u et addẽdo rio. Et semp sunt quarte cõiugatiõis Sed frequẽtatiua est illa que ꝫcat rem suã in ratione frequentatiõis Et formant̃ verba frequẽtatiua ab vltimo supino mutãdo u in o. vt de cursu fit curso. Et qñqꝫ a secũda ꝑsona indicatiui modi remouẽdo s et addẽdo to. vt legis legito. Et qñqꝫ a tercia ꝑsona. Sed inchoatiua forma ꝫcat rem suã sub ratiõe ĩchoatiõis. vt feruesco ꝫcat incipio feruere. Et formant̃ verba inchoatiua a scđa ꝑsona p̃ntis tp̄is indicatiui mõi addẽdo co vt a ferueo es. fit feruesco. Et sunt semp tercie ꝯiugatõis. Verba aut frequẽtatiue foȓe sunt ṗme ꝯiugatiõis. vñ⁹. Verba inchoatie tercie meditatiuã quarta submõstrat. Atꝫ frequẽs ṗme ꝑfecta tenet vbiqꝫ

Sciẽdũ quarto

ꝙ sufficientia istarũ q̃ttuor formarũ põt haberi ex nũero istaꝝ quattuor causarũ. q̃ sunt materia forma efficiẽs et finalis. Nã ꝑfecta forma corrñdet materie. Nã sicut materia s̄bstat formis ita ꝑfecta forma alijs substat formis. ⁊ ex ip̄a tanq̃ forme de materia alie educunt̃ forme. Frequẽtatiua v̄o forma cause formali correspõdet. q2 ad formã ꝑtinet frequẽs oꝑatio cũ nihil frequẽter agat nisi quod in toto per formã est. Sed meditatiua forma correspondet cause finali. q2 meditatio est eorũ que sunt ad finẽ. Inchoatiua aũt forma cause efficiẽti. quia illa causa est a qua primo inchoatur motus. Et hoc patet ꝑ hoc metrũ. Per ma. fre for. me fi. inchoatur efficiẽti. Qui versus sic exponit̃. per ma ĩtelligit̃ causa materialis q̃ respõdet ꝑfecte forme fre. i. frequentatiua forma. for. i. causa formalis. me. i. meditatiua. Et sic patꝫ ꝙ quattuor sunt forme verborũ. p̃ter tñ has formas quedã est desideratiua forma. vt viso. quedã diminutiua. vt sorbillo. i. parũ sorbeo. Et quedã imitatiua. vt patriso . i. patrẽ imitor. Tamen nõ est cõtrouersia inter autorẽ et pristianũ. quia autor iste et autor doctrinalis et etiã autor modorũ significandi capiunt formã specialiter. vt forma solũ formatur a verbo. Sed pristianus capit ip̄am generaliter vt deriuatur tam a nomĩe q̃ a verbo. vt patrisso quod deriuatur a patre Et sic patet quot sunt modi in verbo et quot forme.

Contra p̄dicta arguit̃ p̄mo sic.

Modus est accidens cuiuslibet partis. ergo nõ debet magis enumerari inter accidẽtia verbi q̃ inter accidentia aliarũ paciũ orationis. ¶ Antecedens probatur. quia quelibet pars orationis habet modũ significandi accidentalem. ergo modus accidit cuilibet parti orationis. ¶ Secundo sic. omĩs inclinatio est accidẽs

ſllius cui⁹ eſt inclinatio. ſed modus ē inclinatio animi. ergo etiā eſt accidēs animi et nō verbi. ¶ Tertio ſic. Unus mod⁹ in verbo vocat̄ impſonalis. ergo ſex ſūt modi verborū. Antecedēs ptȝ p autorē numerādo modos dicentē impſonalis vt legit̄. ¶ Quarto ſic. omīa accñtia verbi ſunt forme. ergo forma nō eſt accñs vbi diſtinctū ab alijs. Añcedens ptȝ. q2 om̄e quod informat aliud eſt forma eius. ſed om̄e accñs verbi informat ipm . ergo om̄e accñs verbi ē forma. ¶ Quito ſic. lectito as. nō eſt verbū frequētatiue forme. ergo male ponit̄ pro exēplo vbi frequētatiui. Añcedēs ptȝ q2 ſi ſic maxime videret̄ formari ab hoc verbo lego cū quo cōuenit in pncipio. Sed hoc nō pōt eſſe. q2 de lego ſolū format̄ lecto ab vltimo ſupino. et ſic nō videtur vnde formetur lectito.

Ad argumenta in oppoſitum.

Ad primū dicit̄. q modus in pposito non capitur vt accidit alijs partibuſ oronis. ſed pro modo dato vbo ad deſignandū rem ſuaȝ ſub affectu certo. vl' incerto ⁊ ſic ſoli vbo cōuenit. ¶ Ad ſcdm dr q modus nō eſt inclinatio animi. capiendo inclinationē prout eſt actiua inclinatio. ſed modus eſt inclinatio paſſiua. put eſt inclinate rei paſſio. et hoc modo non eſt accidens animi ſed vbi. ¶ Ad terciū dr. q autor cū dicit impſonalis vt legit̄. nō intelligit q impſonalis modus ſit diſtinctus ab alijs. ſed itelligit q verbū impſonale etiā hȝ quiqȝ modos ſicut verbū pſonale. et ideo exēplificat autor de indicatiuo verbi impſonalis. dicēdo q mod⁹ indicatiuus verbi impſonalis eſt vt legit̄. ita q impſonalis ɔſtruitur in gtō. et regit̄ ab hoc noīe indicatiu⁹ ſeu modus. ¶ Ad quartū dr q hic nō accipit̄ forma generaliter p omī illo qd informat ſuā ſbſtantiā. Sed capit̄ hic ſpecialiter pro quodā modoſignificādi accidentali dato verbo ad deſignandū rem ſuā ſub eſſe primario vl' ſecundario. et ſic forma ſolū in verbo reperit̄. ¶ Ad quintū dicit̄ q hoc verbuȝ frequentatiuū lectito non formatur immediate ab illo verbo lego. ſed mediate. q2 ab vltimo ſupino huius verbi lego ſcilicet lectu formetur lecto lectas. quod facit in ſupino lectatum lectatu. per mutationē a in i et v in o fit lectito. per illam regulam doctrinalis. Si tamen a longa ⁊c.

Cōiugatiōes verborū quot ſūt.

Poſtq̄ autor ſuperius determinauit de modis et formis verborū Hic conſequenter determiat de cōiugatione. Dicēs q tres ſunt cōiugatiōes verborū. Prima in a. ſecūda in e. tercia in i. Et iſtas

accipit autor ex parte secunde persone presentis tēporis indica-
tiui modi. et nō ex parte p̄sentis infinitiui. Et licet pristian⁹ et au
tor doctrinalis ponūt quattuor cōiugationes. distinguunt tamen
eas ex parte infinitiui. quia quādoqꝫ habet a longā ante re et sic ē
prima. et quādoqꝫ i longam et sic est secunda. quādoqꝫ i breuē et
sic est tercia. et quādoqꝫ i longam et sic est quarta. tamen iste au-
tor ponit solum tres. quia cōprehēdit quartā sub tercia. cum di-
cit ꝙ quelibet earum habet i ante s in secunda persona presentis
temporis indicatiui modi.

Sciendū p̄mo ꝙ licet declinatio nō assignetur ꝓ
accidente in noīe tamē cōiugatio
assignatur verbo pro accidente. Ratio est quia in nomine est qđ
dam accidens scꝫ casus sub quo potest declinatio comprehendi.
Nam casus nihil aliud est nisi inflectio vocis a voce sicut declina
tio Sic autē nō est de verbo. quia nō est aliquod accidēs sub quo
possit cōprehendi cōiugatio. Unde cōiugatio diffinitur sic ī ver
bo. est cōsequens verborū declinatio. Et capit̄ hic declinatio pro
inflectiōe que fit per modos tēpora numeros et personas. et non
ꝓ inflectiōe que fit per casus Et dicit̄ cōiugatio a con id ē simul
et iugum. quia ibi plura sub vno iugo ponūtur. Nam plura v̄ba
sub vna cōiugatiōe ponūtur. Et ita verba anormala nō sunt pro
prie alicuius cōiugationis. quia inter se nō habent cōuenientiam
Nec etiam cum alijs verbis. nec etiam per se possunt habere con
iugationē ꝓpriā eo ꝙ sub cōiugatione cōtinent̄ plura similia. Si
militer in ip̄is nō est cōsequēs declinatio. ideo ꝓprie nō sunt ali-
cuius cōiugatiōis. Et ideo etiā in diffinitiōe cōiugatiōis conse-
quēs declinatio ponit̄ pro genere ad excludendū verba anormala

Sciendū scd̄o ꝙ autor dicit p̄ma cōiugatio ē illa
que in indicatiuo modo tēpore p̄-
senti numero singulari secūda ꝑsona verbo actiuo et neutrali hꝫ
a longā ante s. in secūda persona p̄sentis indicatiui. vt amo. as.
Sed in v̄bo passiuo et deponēti habet a ꝓductā aň nouissimā sil-
labā ris. vt amor. aris. in verbo cōmuni. vt moror. aris. osculor
aris. Si̇l̇iter đt autor ꝙ futurū tpus eiusdē modi scꝫ indicatiui in
p̄ma cōiugatiōe habet a ꝓductā aň bo et bor. Et sic ptꝫ ꝙ autor
distinguit cōiugatiōes ex parte secūde ꝑsone p̄n̄tis indicatiui. et
distinguit cōiugatiōes ꝑ vocales pocius q̄ꝫ ꝑ cōsonātes. qꝛ cōiu
gatio est ꝯn̄s verborꝫ declinatio. sed talis declinatio poci⁹ penes
vocalē cognoscit̄ q̄ꝫ penes cōsonantē. qꝛ vocalis hꝫ maiorē sonū
q̄ꝫ cōsonās. ideo cōiugatiōes poci⁹ distinguūtur penes vocales
q̄ꝫ penes consonātes. qꝛ a digniori semꝑ debet fieri denoīatio.

Sciendũ tercio ꝙ secunda cõiugatio est illa que habet e productã in secunda per
sona presentis temporis indicatiui ante nouissimaz litteram s in
verbis actiuis et neutralibus. vt doceo doces. sedeo sedes. In v̄
bis autem passiuis cõmunibus et deponentalibus habet e longã
ante nouissimã sillabam ris. sicut doceor doceris. misereor mise-
reris. Et in eadem cõiugatione futurũ tempus eiusdem modi scʒ
indicatiui habet e longã añ bo in voce actiua. vt docebo. et e lon
gam ante bor. vt docebor et hoc ĩ voce passiua. Et ratio ordinis
est. quia secũda cõiugatio cognoscitur per e. et sequit̃ primã que
cognoscitur per a. et precedit terciam que cognoscitur per i. Et
non debet intelligi ꝙ cognoscatur per i absolute. sed cognoscitur
per i vt suppositum est.

Sciendũ quarto ꝙ tercia cõiugatio est que in indicatiuo modo tẽpore pre
senti numero singulari secunda persona verbo actiuo et neutrali
habet i correptã vel i productã ante nouissimã litterã s. Et dicit̃ i
correptã ꝓpter terciã cõiugationẽ que dicit̃ a pristiano tercia. vt
lego legis. Et dicitur i productã ꝓpter quartã cõiugationez que
dicitur a pristiano quarta. Sed in verbo passiuo cõmuni et depo
nẽti tercia cõiugatio habet e correptã vel i productã ante nouissi
mã sillabam ris. vt legor legeris. audior audiris Et dicitur e cor
reptam ꝓpter terciã. et dicit̃ i productã ꝓpter quartã. Et sic patʒ
ꝙ in ista cõiugatione autor cõprehendit duas cõiugationes que
cõmuniter ponũtur distincte in terciã scʒ et quartam. Et ipsa ter
cia cõiugatio in futuro indicatiui terminatur in am vł in ar. vt le
gam legar. Et ponit autor duo exempla. vnũ pro tercia cõiugati
one. vt lego legam. legor legar. Et aliud pro quarta. vt audio au
diã. audior audiar. Et cõsequenter hic dicit autor. Vbi possunt
hec discerni inter se. respondẽs ꝙ in infinitiuo et imperatiuo. quia
vel ista verba habent i correptam in secũda persona indicatiui vł
i productam. Si correptam tunc illa littera i cõuertitur in e cor-
reptam in infinitiuo. ⁊ imperatiuo modis. ita ꝙ in imperatiuo di
cimus. lege. et in infinitiuo legere. media correpta et non media
longa. Sed si illa littera i fuerit ꝓducta nõ mutatur nec in infini-
tiuo nec imperatiuo. sicut audio audis. in impatiuo habet audi.
in infinitiuo audire. semp repetendo illã litterã i quã habeat in se-
cunda ꝑsona presentis indicatiui modi. Et cõsequenter d̄t autor
ꝙ tercia ꝯiugatio nõ solũ habet futurũ in am et ĩ ar. sed etiã in bo
et in bor. vt eo is ibo. queo quis quibo. eam vel queã. Et ideo bñ

dicit q̄ verba tercie cõiugatõis nõ habent hoc nisi quãdo habẽt i productã Et adhuc nõ fit in omib⁹ habẽtib⁹ i. sed solum in istis duobus verbis supra dictis. scz eo et queo cum suis compositis Nam sicut dicitur ibo. sic etiã dicit redibo Et sic patz quot sunt cõiugatiões verborum et quomõ distinguũtur inter se.

Cõtra predicta arguit̃ p̃mo sic.

Quattuor sunt cõiugatiões v̉borũ. vt ptz p pristianũ ⁊ autorẽ doctrinalis. et p cõmune dictũ. ergo male dictũ est q̄ sunt tm̃ tres. ¶ Scdo sic tm̃ facit cõiugatio in v̉bo sicut declinatio in noie. sed quinqz sunt declinatiões in noie. ergo a simili quiqz erũt cõiugatiões in v̉bo. ¶ Tertio sic. cõiugatiões distinguunt̃ penes vocales. sed quiqz sunt vocales. ergo quiqz erũt ꝯiugatões. qꝛ posita causa ponit̃ effect⁹. ¶ Quarto sic. penes i longã et i breuẽ distinguunt̃ due ꝯiugatiões scz tercia et quarta. ergo penes a longã et a breuẽ distinguũtur due ꝯiugatiões. qꝛ aliqua sunt verba habẽcia a breuẽ ante s in secũda p̱sona. vt do das. cũ tribus ꝯpositis p̃me cõiugatiõis. ergo sequit̃ q̄ quinqz erũt ꝯiugatões. ¶ Quinto sic hoc v̉bũ sum es est nõ ꝑtinet̃ sub aliqua istarũ cõiugationũ. ergo cõiugationes hic posite nõ sufficiunt. patet cõsequencia a simili. quia sicut omĩa nomĩa reponũtur sub aliqua declinatiõe. ita omĩa verba debent cõtineri sub aliqua cõiugatione.

Ad argumenta in oppositum.

Ad primũ dicit̃. q̄ autor iste cõprehendit quartã cõiugationem sub tercia. Sed alij autores distinguũt eas intra se. qꝛ vna cognoscitur per i longã. alia per i breuẽ. et sic non ẽ cõtrouersia inter illos autores ex parte rei. sed aliter et aliter cõsiderauerũt cõiugationes. ¶ Ad secundũ dicit̃. q̄ non est penitus idem et simile de noie in ordine ad declinatiões de verbo in ordine ad cõiugatiões Sed solũ est simile in hoc. Quia sicut noĩa inflectũtur de voce in vocem. sic et verba. Sed ẽ dissimile in hoc. qꝛ noĩa habẽt plures voces q̃ verba. Nam omĩa verba regularia terminãtur in o vel in or. Nomina autem habent quasi infinitas termiationes. Ideo nõ est mirum q̄ sunt plures declinatiões in nomie q̃ cõiugatões in verbo. ¶ Ad terciũ dicitur q̄ cõiugationes nõ distinguũtur penes omnes vocales. sed solum penes istas. a. e. i. ⁊ ista fuit causa quare autor solum posuit tres cõiugationes. Et nõ distinguũt̃ per o vel v. Quia non sunt aliqua verba habencia o vel v ante s. in secunda persona presentis temporis indicatiui modi. vel ante vltimã sillabã. et hoc potest esse propter difformitatẽ soni ip̄arũ.

Nam difformē habent sonum. ¶ Ad quartū dicit̄ q̄ verba tercie et quarte cōiugationū nō sulum distinguūtur penes i correptā vł productā. sed etiā penes diuersos modos. Modo iflectio penes a longā et a breuem nō distinguitur. sic autē nō est de inflectione penes i longā et breuē. Similiter de paucis non est danda regula. sed qꝛ pauca reperiūtur verba que habent a breuē. qꝛ solū reperit̄ hoc verbū do cū tribus cōpositis scʒ pessundo venūdo circūdo. Sed multa reperiunt̄ que habēt i breuē ergo ꝛc̄. Alij assignāt aliam causam quare penes i sumātur due cōiugatiōes et nō penes a longā et a breuem. qꝛ illa vocalis i generat̄ et fit ſm protractionē linee cui maxīe cōuenit correptio siue productio. correptio em̄ et productio habent figurā gracilem et longā. ideo pocius ſm i habemus duas cōiugatiōes q̄ ſm alias vocales. ¶ Ad quītum dr̄ q̄ hoc verbū sum es est. est verbū irregulare. et ideo nō potest cō prehendi sub aliqua illarū cōiugationū. que solū cōueniūt verbis regularibus. Si em̄ hoc verbū sum esset alicuius determinate cōiugatiōis. tunc nō videret̄ equaliter cōtineri in omībus verbis. sed magis ī istis que essent eiusdem cōiugatōis cum eo q̄ ī alijs. quod falsum est. Nec est simile de noībus etheroclitis et de istis verbis irregularib⁹. qꝛ nomīa etheroclita sequūtur declinatiōes regulariū. sed verba anormala et precipue hoc verbū sum nullaʒ habet cōueniencīā cū verbis recte declinabilibus. ideo nō debet esse alicuius determinate declinatiōis siue cōiugationis.

Genera verborum quot sunt.

Postq̄ autor determinauit de cōiugationibus in verbo. Hic cōsequēter determinat de generibus dicens. q̄ quinqʒ sunt genera verborū scilicet. actiuū. passiuū. neutrum. deponens. et cōmune quorum sic habetur sufficientia quia omne verbum aut significat agere aut pati aut neutrū aut vtrunqʒ simul. Si agere sic est verbum actiuū. Si pati. sic est verbum passiuū. Si neutrū sic est verbum neutrale. Si vtrunqʒ hoc est dupliciter vel importat ea sub vna voce. et sic est cōmune. aut partē sub vna et partē sub alia. et sic est deponēs. quod est cōpositū ex voce passiua et significatiōe actiua. Et licet multis modis possit accipi genus. tamen in ꝓposito accipitur pro modosignificandi dato verbo ad designandum rem suā ſm q̄ remanet in agente. vel ſm q̄ procedit ab agēte. vel ſm q̄ recipit̄ in paciens. Et ſm hanc diffinitionē reperiūtur tria genera. que sunt genera simplicia. Et adhuc ipsa satis potest cōpetere alijs duobus generibus. quia cōponūtur ex istis duobus.

Sciendū p̄mo q̄ verba actiua sunt illa que desinūt in o et accepta r littera faciūt ex se passiua. sicut hoc verbum lego legis est verbum actiuū ⁊ terminatur in o et potest accipere r super o et facere ex se passiuum. Nam bene dicitur legor legeris. Et poci⁹ termīantur in o ista v̄ba q̄ in aliā terminationē. Quia omne verbum actiuū est perfectum. quia nihil est actiuū nisi sit perfectū et cōpletum. Sed inter omēs litteras o est perfectissima. quia in ea finis cōiungitur principio. ideo vt signum correspondeat signato. verbū actiuū pocius terminatur in o q̄ in aliam terminationē. Alia causa. quia verbum actiuū maxime motum significat vel fluxum. sed inter omnes figuras figura sperica que est o. maxīe apta est ad motū. ideo verbum actiuū terminatur in o. vt metuo timeo. tamen illa significant passionem per modum transitionis. Et habent cōstrui cuꝫ accusatiuo ex sua propria natura. quia significat substantiam s̄m q̄ in eo reperitur actus verbi.

Sciendū secūdo q̄ verba passiua sunt illa. que desinūt in r et eadempta r littera redeunt in actiua. sicut legor est passiuū. et remota illa littera r remanet lego quod est actiuū. Et in hac diffinitiōe ponitur que in r desinūt. ad differentiā verborum actiuorum et neutraliū. Et ponitur ea dempta r littera redeunt in actiua. ad differenciā verborum cōmunium et deponentaliū que non possunt dimittere r. Et construūtur verba passiua cuꝫ ablatiuo casu mediante prepositione. et hoc quando cōparantur ad substantiam a qua aliquid infertur. Nam talis substancia significatur per ablatiuū Quādoqꝫ enim ablatiuus incipitur a vocali. et sic construitur cum prepositione ab. vt videor ab illo. et quandoqꝫ incipitur a consonante et sic construitur cum illa prepositione a. vt verberor a petro Et etiam proprie illa verba construūtur quādoqꝫ cum ablatiuo īmediate. vt percutior baculo.

Sciendū tercio q̄ verba neutralia sunt illa q̄ terminātur in o sicut actiua et accepta r littera latina nō sunt. vt stor et curror nō dicitur per hoc q̄ dicitur in o desinūt. differūt verba neutralia a passiuis cōmunib⁹ et deponētalibus. Et per hoc q̄ dicit̄ accepta r littera latina non sunt. differūt ab actiuis. que possunt accipere r sup o. Et notāter subiungit autor in textu q̄ quedā verba dicuntur neutropassiua. quia sub voce neutrali habent circūlocutionē preteritorū. que sūt quīqꝫ scꝫ gaudeo soleo ⁊c̄. Et dicūtur ista v̄ba neutropassiua. qꝛ s̄b voce neutrali habēt circūlocutionē p p̄terita v̄borū passiuo⁊ū

quia sicut verba passiua habēt pro p̄terito participiū preteriti tē
poris cū p̄senti hui⁹ verbi sum. ita etiā similiter ista verba habēt
Nam audeo facit ausussum. fido fisussum vel fui. Nō tamen est
simile de isto verbo fio fis sicut de alijs. q2 hoc verbū fio solum est
neutrū ꝫm vocē. ꝫm rem aūt ē passiuū. Nā fio ꝫcat factū esse. sic
amor ꝫcat amatum esse. et fido significat fisum esse. Et ꝓpter hoc
autor ponit hoc v̄bum fio inter verba neutrapassiua. q̄ sunt quat
tuor scz exulo vapulo veneo fio. Et dicunt̄ neutrapassiua. quia sb
voce neutrali habent significationē passiuā. eo ꝙ solū fio ē neutrū
ꝫm vocem et passiuū ꝫm significationē Et similiter hoc verbum
fatio ē actiuū eius. Et licet nō sit actiuū ꝫm vocem. est tn̄ actiuū
ꝫm rem. Et nō oportet ꝙ sibi cōueniat diffinitio actiuorū prius
data. que solū cōuenit hijs que sunt actiua ꝫm rem et vocē simul
nisi dumtaxat in preterito et in temporibus ab eo formatis in qui
bus non sunt neutra ꝫm vocem sed passiua.

Sciendū quarto ꝙ verba deponētalia sunt illa
que terminātur in r sicut pas
siua et remota r nō sunt latina vt loquor sequor nascor. Nō enim
dicimus loquo sequo nasco. Et per illam particulā differunt ver
ba deponētalia a verbis passiuis. et per primā differunt a verbis
neutralibus ⁊ actiuis. Differūt etiā verba deponēcia a cōmuni
bus. quia deponēcia habent solum vnā significationē actiuā. scz
cuius gerunt regulā. Sed verba cōmunia sunt illa que in r desi
nūt vt deponētia. sed in duas formas cadunt. scz agentis ⁊ paciē
tis. Nam illa verba importāt sub vna voce. s. passiua vtrāqꝫ sig
nificationem tam actiuā q̄ passiuā. per primā particulā differunt
etiā a deponētalibus. passiua etiā et deponēcia nō in illas formas
cadunt. sicut cōmunia. Nā hoc verbum osculor quādoqꝫ habet
significationem actiuā. ratione cuius cōstruitur cū accusatiuo ca
su. vt osculor illum. quādoqꝫ autem habet significationē passiuā
ratione cuius construitur cū ablatiuo mediante prepositiōe a vel
ab. vt osculor a te. Et eodem modo dicendum est de alijs verbis
cōmunib⁹. que sunt. Largior experior veneror moror osculor hor
tor. Criminor amplector ⁊c̄. Et nō capitur in diffinitione verbi
cōmunis forma pro forma perfecta vel imperfecta. sed capit̄ pro
significatione. ita ꝙ sit sensus verba cōmunia cadunt in duas for
mas. id est in duas significationes. scilicet actiuam et passiuā Et
licet aliqua verba cōmunia habeant significationem passiuam et
etiam vocem eiusdem. Non tamen dicuntur solum passiua. quia
nō solum habent significationem passiuā immo etiam actiuam.
Nec etiā debent dici deponēcia. Quia licet habeāt vocē passiuā

et significationem actiuam. tamen etiam habent significationem
passiuā. Sed dicuntur verba cōmunia. quia sub vna voce impor
tant significationem actiuam et passiuam. Et sic patet quot sunt
genera in verbo. et que sunt verba actiā. que passiua. que neutra
que deponentalia. et que cōmunia.

Contra p̄dicta arguit̄ p̄mo sic.

Pristianus ponit septem genera verborum. quia cū predictis po
nit neutropassiua et neutrapassiua. ergo vel pristianus superfluus
vel iste autor diminutus. ¶ Secundo sic. Omne verbū est acti-
uū passiuū vel neutrum. ergo tantum tria sunt genera verborum
Antecedens probatur. quia oīe verbum aut significat actionem
aut passionem. aut neutrum. vt patet per diffinitionē prius datā
¶ Tertio sic. Nullū est verbum significans passionē immanentē
et absolute. ergo etiā nullum est verbū significās actionē imma-
nentē absolute. et per cōsequēs nullū est verbū neutrū. cōsequētia
pbatur. qr sicut se habet actio ad verba. ita et passio. ¶ Quarto
sic. sicut se habet vox actiua ad significationē actiuā. ita se habet
vox passiua ad significationē passiuā. Sed nullum est verbum qđ
sub vna voce actiua importat significationē actiuaꝫ et passiuam
ergo a simili nullū erit verbum quod sub vna voce passiua actiuā
et passiuā habeat significationē. et per cōsequens nullum est ver-
bum cōmune. ¶ Quinto sic. quicquid pfertur illud dicitur. sed
stor et curror proferuntur. ergo dicūtur. et per cōsequēs male di-
cit autor ꝙ stor et curror nō dicitur.

Ad argumenta in oppositum.

Ad primū dicit̄. ꝙ autor enumerādo genera sub neutro compre-
hendit neutropassiua et neutrapassiua. Sed tamen procedēdo so
lum determinat de neutropassiuis. Sed de neutrapassiuis non lo
quitur neqꝫ determīat. quia ip̄e loquit̄ pueris. qui nō possunt for
maliter apprehēdere verba neutrapassiua. ¶ Ad secundū dicit̄.
ꝙ in diffinitiōe verbi per agere pati et neutrū tanguntur quinqꝫ
genera. Nā per hoc ꝙ dicit agere tangit̄ actiuū genus et vna ꝑs
cōmunis et etiā deponens qđ etiam significat agere. scꝫ ex parte
significatōis actiue. ꝑpter qđ dicit̄ deponēs. per hoc ꝙ dicit̄ pati
tangitur passiuū et altera pars cōmunis. Et per hoc ꝙ dicit̄ neu-
trū tangit̄ neutrū genus. ¶ Ad terciū dicit̄ Negādo ꝯñaꝫ. quia
passio nō potest absolui ab actiōe. sed bene ecōtra. Actio enim est
prior passiōe. Omne autem prius potest absolui a posteriori et nō

ecōtra. ideo aliqđ est verbū ßcans actionē absolute. nō est aūt aliquod verbū ßcans passionē absolute Nā omīs passio infertur ab actiōe. pͥus enī est passioni inferri ab actiōe. Et licet sit pͥus actioni trāseunti ex se inferre passionē nō tamen actioni immanenti. quā actionē ßcat verbum absolutū. ¶ Ad quartū dicit̄ φ nō est idē de voce actiua et passiua. qꝛ vox passiua est posterioꝛ voce actiua. et vox actiua ē prioꝛ voce passiua. modo sic est φ oīe posterius dat intelligere suū prius. et posito posteriori ponit̄ et prius. nō autē econtra. ideo bene est aliquod verbū qđ sub voce passiua habet ßcationē actiuā et passiuā. ¶ Ad quintū dicit̄ φ autoꝛ non vult dicere φ stoꝛ curroꝛ nō possunt dici. i. pferri. sed vult φ non possunt dici latine et grāmaticaliter et cōgrue loquēdo. quia iste partes stoꝛ curroꝛ nō sunt partes significatiue.

Numeri verborum quot sunt.

Postq̄ autoꝛ determinauit de quinqꝫ generibus verboꝝ. Hic cōsequēter determiat de nūero verboꝝ. Dicēs φ duo sunt nūeri in verbo scꝫ singularis vt lego. et pluralis vt legimꝰ. Et ita nūerus qui est accn̄s verbi diuidit̄ in singularē et pluralē Cuiꝰ diuisiōis ratio ē. eadē que dicta sunt in noīe. qꝛ omīs numerꝰ est modus significādi datus verbo ad designandū rem suā vel p modū vnius ⁊ sic est singularis numerꝰ. vel p modū pluriū et sic ē pluralis nūerus. Et ideo ista ē diuisio generis in suas spēs. qꝛ numerꝰ singularis et pluralis sunt spēs numeri ad quas descēdit numerꝰ p differēcias formales et intrinsecas. que sunt vnitas et pl'itas Et quia spēs (vt dicit boeciꝰ) sunt coequeue sb suo genere assignate. ideo inter istos nūeros nō est ordo necessariꝰ. sed dūtaxat volūtarius.

Sciendū pͥmo φ licet multis modis possit capi numerus. vt dictū est in nomie tamen in pposito sumit̄ numerus solū pro modo ßcandi dato parti siue verbo ad designandū rem suā p modum vnius vel plurium. Unde numerꝰ in verbo de quo est hic ad ppositū est quedā pͥetas que inest verbo ex eo φ copulat rem suā vni vł pluribus Et p hoc φ dicit̄ vni tangit̄ numerꝰ singularis sed p hoc φ dicit̄ pluribus tangit̄ numerꝰ pluralis. Et dicit̄ numerꝰ a nūerando. Vn̄ numerꝰ a pristiano quīto maioris sic diffinit̄. est forma dictiōis q̄ discretionē quātitatis facere potest. Et nō accipit̄ hic forma pro forma essentiali dictiōis. nec p omī forma accidētali. sed solū capitur hic forma p forma que inest dictiōi rōne quātitatis ßm quā talis dictio capitur vt vna vel vt plures. Alia autē que solēt hic inquiri. videri possunt in nomine.

Sciendū secūdo ꝙ cōseqnēter autor determīat de figura dicēs ꝙ due sunt figure in verbo sicut in noīe. scʒ simplex vt lego. cōposita vt negligo. Et cōponit̄ negligo a ne et lego. ⁊ nō manet hec littera g cuꝫ aliqua parte cōpenenciū. sed interponit̄ causa enphonie Si eñ diceret̄ nelego non interponēdo g esset cacephaton Et hui⁹ diuisionis pōt assignari sufficiencia sicut assignata ē de figura in noīe. q2 omis figura ē mod⁹ ꝫcandi datus verbo ad designandū rem suaꝫ sub esse simplici ⁊ sic ē figura simplex. vel sub esse cōposito ⁊ sic ē figura cōposita. Et licet pristian⁹ ponat tres figuras. ⁊ autor iste tm̄ duas tamē nō est cōtrarietas inter ipos. q2 (vt dictū est in nomine) donat⁹ cōprehendit figurā decōpositā sub cōposita. quam tamē ponit pristianus. Nō enim decōposita figura ē figura ꝓprie loquendo, sed est quedā spēs deriuatiōis pocius ꝙ̄ figura.

Sciendū tercio ꝙ figura dr̄ multis modis Pri̊o est accn̄s dictiōis sibi inherens ex eo ꝙ est simplex vel ꝯposita. et hoc mō capit̄ in ꝯposito. siliter in nomie et ꝓnoīe. Alio modo idem est ꝙ christus. et hoc modo capit apostolus cū dicit splendor patris et figura subē. et in vna prosa splēdor patris figura filij. Tertio dr̄ figura signū ostensiuū rei. Vñ dicit apostolus filij israhel oīa cōtingūt vobis in figura. id est in signo. Quarto idem ē ꝙ qualitas vel dispositio mēbroruꝫ de qua dr̄ figura inter omīa accn̄tia magis attestat̄ nobis speciem Sicut eñ res differūt specie. ita etiā figura. ⁊ quorū vna est spēs in cōmuni eorundē est vna figura in ꝯmuni. Sicut omēs homies habent rectā figurā. et oēs asini curuā. Et hoc modo accipit̄ figura ab arestotile in p̄ntis ꝓ vna specie qualitatis. que est forma. et circa hoc aliqd cōstans figura. Quinto dr̄ figura ꝯtractio littere Unde dicim⁹ ex pristiano figure litterarū quibus vtimur sunt viginti tres. Sexto figura est viciū rōne excusabile vel excusatū. et sic capit̄ figura in grāmatica. ⁊ de ipa determīat̄ in vltimo capitulo doctrinalis. Et iste acceptiōes possunt cōtineri in hijs metris Accidit est christus signat disponit et ornat. Grāmatice viciū figura sepe notat. Sicut tactum fuit in nomie.

Sciendū quarto ꝙ sicut noīa cōponuntur ita etiā verba possunt cōponi. P̄mo possunt aliqua cōponi ex duob⁹ integris. vt adamo cōponit̄ ab ad et amo. q̄ sunt itegre dictiōes. siliter p̄curro. Scd̄o ex duobus corruptis. vt suffitio cōponit̄ a sub ⁊ fatio. Tertio ex integro et corrupto. vt pfitio Quarto ex corrupto et integro. vt suffero. qd̄ cōponitur a sub et fero. Et sic patꝫ quot sunt figure verborū.

et quot modis capitur. ꝛ quot modis verba cōponuntur.

Contra p̄dicta arguit̄ p̄mo sic.

Sicut se habet genus ad genus in v̄bo. sic se hꝫ nūerus ad nūerū. Sed inter duo gn̄a in v̄bo ē vnū mediū. qꝛ inter actiuū et passiuū est genus neutrū. ergo etiā inter illos duos nūeros dꝫ esse numerus medius. et ꝑ ↄn̄s sunt tres nūeri in v̄bo et nō tm̄ duo. ¶ Secūdo sic. verbū simplex et verbū cōpositū nō distinguunt̄. ergo a simili figura simplex et figura ↄposita nō distinguunt̄ Añcedens ptꝫ. qꝛ verbū simplex est pars cōpositi. sicut lego est ꝑs huius dictionis negligo. sed totū et ꝑs nō distinguūtur. ergo simplex ꝛ cōpositū v̄bū nō distinguūt̄. ¶ Tertio sic. cui nō accidit gen⁹ huic nō accidit spēs illius gn̄is. sicut cui nō accidit coloratū. huic nō accidit albū. sed qualitas nō accidit v̄bo ergo nec figura Minor ꝓbat̄. qꝛ q̄litas est gen⁹ figure. et est vnū de decē p̄ntis. et quarta spēs qualitatis est figura. vt dicit ibidē. sed talis qualitas nō accidit v̄bo. ergo nec figura. ¶ Quarto sic. Intellectus noster non potest simul plura ītelligere. vt dicit̄ scd̄o thopicorū. ergo nō possum⁹ diuersas dictiōes cōponere. qꝛ sic ītellect⁹ plura ītelligeret scꝫ illas duas voces. ꝛ ꝑ ↄn̄s nulla ē figura ↄposita ī v̄bo. ¶ Quinto sic. Nullū est v̄bū cōpositū. g̊ in v̄bo nō est figura ↄposita. Añcedēs patet. qꝛ verbū est vna simplex dictio. nō cōtinens plures voces. ergo nullū verbū est cōpositū. sed omne est simplex.

Ad argumenta in oppositum.

Ad p̄mū dicit̄. ꝙ genus nō oīno similiter se hꝫ ad genus sicut numerus ad numerū. in hoc em̄ est similitudo. qꝛ sicut duo genera in specie. cōtinent̄ sub genere in cōmuni. ita duo nūeri cōtinent̄ sub vno nūero in cōmuni. Sꝫ dissilitudo ē hec. qꝛ numer⁹ singularis dicit vnū. numer⁹ v̄o plr̄is plura. sed inter vnū et plura nō est dare mediū. sicut inter vnū et duo. ideo nō est mediū inter illos duos nūeros. Sed est mediū inter duo gn̄a ꝑ abnegationē vtriusqͣ sic ꝙ reperit̄ aliquod indr̄n̄ter se habens ad agere et ad pati. et ita habem⁹ mediū inter genera. ¶ Ad secūdū dicit̄. ꝙ licet simplex verbū materialiter sumptū sit ꝑs ↄpositi. et nō distinguat̄ ab ip̄o tm̄ si accipit̄ formalit̄ simplex sub rōne simplic꞉. et ↄpositū sub ratiōe cōpositi. sic distinguūtur formalit̄. ꝛ ideo figura simplex ꝛ cōposita distinguūtur ab inuicē. ¶ Ad terciū dr̄. ꝙ sicut q̄litas que est vnū p̄ntū nō accidit v̄bo. ita nec figura que est spēs ei⁹. Sꝫ tm̄ figura q̄ est quedā ꝓprietas cōsequēs significatuꝫ verbi ꝫcans rē suā sub eē simplici vl' ↄposito accidit v̄bo. ꝛ illa nō ē spēs q̄litatꝭ

¶ Ad quartū dicit. q intellect⁹ nō potest plura intelligere p modū pluriū. tñ bene pōt plura itelligere p modū vnius. vñ ex duabus diuersis dictiōib⁹ cōponit vna dictio. et ille ptes diuerse accipiunt p modū vni⁹ dictiōis. ¶ Ad quītū dicit. q si sumat verbū pro illa voce vel intentiōe. tūc oīe verbū est simplex. Sed si sumeret pre subiecta intentiōi. scz pro significato illi⁹ vocis vbū sic aliqđ verbū est cōpositū. sicut hoc verbū negligo. qđ est cōpositū de ne et lego qđ est verbū simplex. Et hoc secūdo modo accipitur hic verbū quādo dicit figura accidit verbo. nō tamen absolute pro re subiecta intentiōi tātum. sed capitur pre subiecta inquantū est subiecta intentiōi. siue pro intentiōe cōcreta rei.

Tēpora verborū quot sūt. tria.

Postq̄ autor determinauit de numero et figura verborū. Hic cōsequenter determinat de tempore verborū. Dicens q tria sunt tēpora verborū. scz presens preteritū ⁊ futurū Ratio est quia oīe verbum significat actum. Vel ergo significat actū presentē p̄teritū vel futurum. Si primū sic est presens. Si secundū sic est p̄teritū. Si terciū sic est futurum. Et sic tempus de quo hic est ad propositū est modus significandi datus verbo ad designandum actum suū presentem preteritū vel futurum. Et in ista diffinitiōe tāguntur tria tempora principalia. scz presens preteritū et futurum Unde presens tēpus est cuius vna pars est p̄terita et alia futura hic autem capit presens tempus p tempore immediato ⁊ propinquo et vulgari. et nō capitur presens tempus p nunc indiuisibili quia hoc modo nō esset tempus nec pars tpis. sed aliqđ ipius vt pncipiū et finis ipius. et recapitulatio parciū eius. sed tēpus preteritū in pposito est quedā pprietas que inest verbo ex eo q significat rem suam p̄teritā. Futurū vero tempus est quedā pprietas que inest verbo ex eo q significat rem suā futuram.

Sciendū pmo q tēpus capit duob⁹ modis. vno modo realiter vt ē passio pmi mobilis mediante motu eius. et hoc modo tempus est numer⁹ motus mobiliū et quietis quiescibiliū. et generaliter omniū que generant et corrūpunt. vt dicit quarto phicoꝝ. Et hoc mō diffinit sic ab arestotile. Est numerus motus rerū mutabiliū de vno statu in aliū. et ꝫm hoc (vt ipse dicit) de tpe loquimur. qđ aūt sit tēpus penitus ignoram⁹ Alio modo sic diffinit tempus est spaciū quod cū mundo incepit ⁊ cū mūdo finiet. si mūdo sit daturus finis. Et adhuc capitur duobus modis. Vno modo quantū ad esse reale

scȝ vt est passio ei⁹ realis. et hoc mō cōsiderare de tpe pertinet ad phisicū. Alio mō quantū ad esse dicibile siue p̃dicabile et hoc mō de tpe determiare ꝑtinet ad logicū. Nā hoc mō tēpus est species quātitatꝫ cōtinue. vt dꝛ in p̄ntis. et nullo istorū modorū de tpe est hic ad ꝓpositū. Alio mō capit̃ pro quadā ꝓprietate que inest ver bo ex eo ꝙ ꝫcat rem suā presentē p̃teritā vel futurā. et hoc modo est hic ad ꝓpositū. Et dꝛ tēpus a tꝑando. qꝛ actus nrōs tēperat ⁊ distinguit. Vel dꝛ a ten. i. etas et pos. i. custos. q̄si custos etatis

Sciendū secūdo ꝙ licet tpa p̄ncipalia sint tm̄ tria. tñ in declinatōe v̄boꝝ sūt quiqȝ tēpora. scȝ p̄sens preteritū impfectū p̃teritū ꝑfectū p̃teritū plusq̄ꝑperfectū ⁊ futurū. Et hui⁹ causa est. qꝛ preteritū tēpus i cō muni diuidit̃ in p̃teritū impfectū p̃teritū perfectū ⁊ plusq̄ꝑpfectū et sub p̃terito tēpore cōprehendunt̃ tria tēpora. que adiūcta alijs duobus tēporibus ꝯstituūt quiqȝ tpa. Et preteritū in cōmuni nō ponit i numerum cōtra tria i particulari. qꝛ genus nō ponit in nu merum cōtra speciē. Nā vbi ponit̃ spēs alicuius generis. ibi po nit̃ genus. Et genus nihil aliud est i re preter suas spēs. vt dicit̃ septio phicorum. et quarto thopicorum. et qꝛ nihil est i genere qđ nō est i aliqua suarum specierū. ideo cum p̃teritum iperfectum ꝑ fectum et plusq̄ꝑperfectū cōtineātur i hijs in q̄bus preteritum in cōmuni cōtinetur sicut genus i suis spēbus. sic ꝙ genus i suis spe ciebus nō distinguat̃ cōtra numerū suarū spērum. ⁊ ergo nō opoꝛ tet addere sextū tempus scȝ p̃teritum i cōmuni. ⁊ ideo bene dicit autoꝛ. ꝙ i declinatōe sunt quiqȝ tempora verborum.

Sciendū tercio ꝙ p̃terituȝ tēpus pocius potest diuidi q̄ presens ⁊ futurū. Cui⁹ ratio est. qꝛ p̃teritum ē certū determiatū ⁊ finitum vt patȝ cum dꝛ ꝙ p̃teritum nō est igit̃ nullo mō variari nō potest Nā vt dicitur in p̄mo celi et mūdo ad p̃teritum nulla est potēcia Similiter etiā oīe futuꝝ est incertuȝ et indetermiatū. qꝛ est remotū quo ad hu manā naturā siue cognitionē. vt dicitur p̄mo periarmenias. de cō tingētibus futuris nō est determiata veritas. presens aūt est indi uisibile. Ideo nec p̄sens nec futurū pōt diuidi sicut p̃teritū. Vñ preteritum impfectum est qđ ꝫcat actum suū certuȝ et impfectū vt patet i hac oꝛone ego scribebaȝ dūmodo vocasti me ille actus scribere est certus et nondum perfectus. sed preteritum ꝑfectum significat rem suā siue actum ex toto perfectum siue peractum qđ tamen nō multum distat a p̄senti tpe. Preteritum vero plusq̄ꝑper fectum ē quod ꝫcat actum suū ꝑfectum cōplete preteritū. et mul tū distat a p̄senti tpe. Et horū quiqȝ tēporū que sunt i declinatiōe

verborũ sic potest haberi sufficiētia. qꝛ om̄e tēpus attribuit v̄bo
ad designandũ actum suũ vel p̄sentē et sic est p̄sens tēpus vel pre
teritũ et hoc est tripliciter. qꝛ vel talis actus est īceptus et nōdũ
finitus. et sic est preteritũ impfectum. vel est penitus pfectus et
nō multũ distat a p̄n̄ti et sic est p̄teritũ pfectũ. vel est multum di
stans a p̄n̄ti et sic est p̄teritũ plusq̄ꝑfectũ. vel tēpus datur v̄bo
ad designādum actum suũ futurum. et sic est futurum tēpus.

Sciendũ quarto ꝙ cōsequēter autor determi
nat de psona verboꝝ. dicēs.
ꝙ tres sunt psone scꝫ pma vt lego. secunda vt legis. tercia vt le-
git. Prima ē cui ꝓnomē pme persone reddit suppositũ. vt ego le
go. Scda est illa cui ꝓnomē secunde psone reddit suppositum vt
tu legis. Tercia ē cui tercia psona ꝓnoīs vel noīs reddit supposi
tum. vt ille legit sortes currit. et similiter oīa noīa exceptis voca
tiuis. Et eodem mō potest dari sufficiētia huius diuisiōis psone.
sicut data est in ꝓnoīe. et etiā eodem mō accipit vtrobiqꝫ. videli
cet. vt est quidā modus loquēdi de se vt de se. de alio vt de alio. ad
aliũ vt ad alium. Aliter tamē sermo fit de noīe et ꝓnoīe. ⁊ aliter de
verbo. qꝛ in verbo fit gracia actiōis et passiōis quā verbũ impor
tat. in noīe vero et ꝓnoīe fit sermo gracia substācie a qua egredit
actio vel passio verbi. Unde omīa dicta de persona in ꝓnoīe hic
supponunt. et sic patet de tēpore et persona verborum.

Contra p̄dicta arguit p̄mo sic.

De tēpore nihil habemꝰ nisi nunc. qꝛ quod fuit nō est. neqꝫ etiam
quod erit. Sed nunc non est tēpus. sed indiuisibile quoddā. ergo
nullum est tēpus. et p ꝯn̄s verbo nō accidit tēpus. ¶ Secūdo sic
Tempus p̄teritũ pus est tpe p̄n̄ti qꝛ precedit ip̄m p̄sens. ergo au
tor pus debuisset determiasse de p̄terito q̄ȝ de p̄n̄ti. ¶ Tertio sic tm̄
tria sunt tpa verboꝝ. vt dixit autor pus. ergo in declinatiōe ver-
borũ nō possunt reperiri quiqꝫ declinatōes. qꝛ quod nō est nō pōt
reperiri in declinatiōe verboꝝ. ¶ Quarto sic. Om̄e totum est p-
fectum vt dicit tercio phicoꝝ. Sed om̄e tempus est totum. quia
om̄e tempus est spēs cōtenta sub tpe. et omīs spēs est quoddā to
tum. ergo om̄e tēpus est pfectum. ¶ Quito sic. Persona accidit
verbo grā subē a qua egredit actus que subā importat per nomē
sed in noīe tātum est vna persona. ergo et ī verbo erit tātum vna.

Ad argumenta in oppositum.

Ad primũ dicit ꝙ in permanētia de tēpore nihil habemꝰ nisi nunc
tamē in successiōe habemꝰ tempus presens preteritum et futurũ.

et hoc sufficit ad esse tēporis. qđ est ens successiuū et nō ꝑmanēs.
¶ Ad secūdū dr. ꝙ licet p̄teritū precedat p̄sens quantū ad rē quā
mensurat. qꝛ res p̄terita ṕus fuit q̄ꝫ presens. nō tamē precedit p̄-
sens quantū ad discretionē nrā̄z. immo sic p̄sens p̄cedit preteritū
qꝛ nos cognoscim⁹ res p̄sentes. Et licꝫ etiā cognoscam⁹ rem p̄te
ritā. hoc tñ est ꝑ aliquā speciē que est nobis p̄sens Ideo semꝑ pre
sens precedit preteritū quo ad cognitionē nostrā. ¶ Ad terciū dr
ꝙ licet tm̄ tria sunt tēpora ṕncipalia. tñ alia duo sunt minus ṕnci
palia. que sub p̄terito cōtinent̄ vt dictū est. et sic tria sunt p̄terita
que adiūcta alijs duobus tꝑib⁹ scꝫ presenti et futuro faciūt quiqꝫ
¶ Ad quartū dicit̄. ꝙ tēpus nō dicit̄ impfectū ꝫm se. immo eodē
modo quo est totū. est et ꝑfectū. Sed tēpus dicit̄ impfectū ꝑ cō-
parationē ad actionē exercitatā in tempore que actio nō est ꝑfec-
ta et cōpleta vt dictū est. ¶ Ad quintū dicit̄. ꝙ substancia a qua
egredit̄ actus nō solū importat̄ per nomē. immo etiā importat̄ ꝑ
ꝓnomē in quo sunt. tres ꝑsone sicut in verbis. Et sic notuꝫ est ꝙ
tres sunt persone in verbo et nō plures nec pautiores.

Aduerbium quid est· p̄s

oratiōis que ⁊c̄. Postq̄ꝫ autor determinauit de
verbo. Hic cōsequenter determinat de aduer-
bio. Cui⁹ ordinis ratio est. qꝛ verbū est pars oīo
nis necessario requisita ad cōstitutionē oīonis ꝑ
fecte Aduerbiū aūt nō. ideo verbum p̄cedit ad-
uerbium. Sed ꝙ aduerbiū immediate debeat po
ni post verbū. et precedere participiū et alias partes indeclinabi
les probat̄. qꝛ aduerbiū est determīatio verbi. Sed determinatio
īmediate dꝫ sequi suū determīabile. ideo aduerbiū immediate dꝫ
sequi verbū. Alia causa. qꝛ aduerbiū dicit̄ quasi iuxta verbū posi
tū. Nā dicit̄ ab ad et verbū. et addit̄ hec vocalis i causa euphoīe
ideo aduerbiū immediate ponit̄ post verbū. Siliter hoc idem ptꝫ
ex alio. qꝛ aduerbiū (vt dicit pristian⁹) ē vi verbi adiectiuū Sed
adiectiuū debet īmediate sequi suū substantiuuꝫ. ideo ꝓpter istas
causas p̄dictas aduerbiū preponit̄ ꝑticipio. Et licꝫ pristianus et
autor modorūꝫcandi preponāt participiū aduerbio. tñ alias cōsi
deratiōes habuerūt q̄ꝫ donatus. Cōsiderauerūt em̄ ꝙ participiū
est pars oīonis declinabilis. aduerbiū vero indeclinabilis. Scđo
cōsiderauerūt ꝙ participiū immediate descēdit a verbo. similiter
partē suorū accidentiū capit a verbo et a noīe. ideo ipi posuerunt
ipm immediate post nomē et verbū. Et sic isti autores solum ha-
buerūt diuersos respectus in ordinādo. licet res semꝑ sit vna.

Sciendū pmo ꝙ licet adiectiuū nominis (scilicꝫ albus et niger) ponatur in eadem parteorationis sicut suum substantiuū. cum etiam sit nomen tamen adiectiuū verbi quod est aduerbium nō ponitur sub eadem parteorationis cum suo substantiuo Cuius ratio est. quia modus significandi specificus qui reponit nomen in specie partis scilicet significare per modū habitus et quietis. bene cōuenit adiectiuo nomis. nec sibi repugnat modussignificādi nois. modussignificādi aūt specificus vbi. scꝫ modus dicibilis de altero nō cōuenit aduerbio sed sibi repugnabit. Et si obicit ꝙ adiectū nois se habeat ad nomē sicut adiectiuū verbi ad verbū et ecōuerso. hoc est verū quantū ad determinationē. eo ꝙ vtrunqꝫ determiat suū substātiū Nō autē similiter se habēt ꝗ ad modūsignificādi. Qui causat distinctionē in partibusoratiōis. ideo adiectiuū nominis est nomen adiectiuū autem verbi nō est verbum. sed aduerbiū. ideo necesse fuit ponere vnam parteōrationis distinctā ab alijs ꝓpter adiectiuū verborum. et illa pars vocatur aduerbium.

Sciendū secūdo ꝙ aduerbiū ab autore sic diffinit est parsorōnis que adiecta verbo sꝫcationē eius explanat atqꝫ implet. in ista diffinitiōe ponit parsorōnis loco generis. et totū residuū loco differēcie. scꝫ ad differenciā aliarū partiūorōnis ab aduerbio. qꝛ nulla alia parsorationis est adiecta verbo. neqꝫ explanat sꝫcationē eius sicut aduerbiū Nam verbū significat cōfuse agere vel pati et indeterminate. sed omne indeterminatū querit determinari ꝛ finitari ab aliquo. ideo verbū indiget aliqua explanatiōe siue determinatiōe. Et talis explanatio siue determinatio est verbo postposita. et est aduerbiū. Nam cū dicit curro velociter vł tarde. ille actus qui est currere est determiatus cū vero dico curro. actus currēdi est indeterminatus et cōfusus. Et per hoc etiā ꝙ dicit est parsorōnis que adiecta verbo satis patet ꝙ aduerbiū est adiectiuū verbi. vt supra patuit Adiectiuū enī dicit de adijtio. is. ere. ideo dicit adiectiuū ꝗsi ad aliud iactū. eo ꝙ alteri est adiectiuū ꝛ est ꝓpriū adiectū ei⁹

Sciendū tercio ꝙ aduerbiū a pristiano sic diffinit est parsorōnis indeclinabilis cuius significatio verbo adijcit ad eius sꝫcatiōes determinādas Si enī intelligat ꝙ significatio aduerbij adhereat huic voci vbū sequeret incōueniēs. scꝫ ꝙ. vox esset alba vel bona. et sic bonitas et albedo essent aduerbia. qd est falsum. ideo explanāda est diffinitio data a pristiano sic Jta ꝙ aduerbiū determinat significationē verbi ab autore vo modorūsꝫcādi diffinit. Aduerbiū est ꝑsorōnis

significās rem suā p modū flux⁹ et fieri ī alio videlicȝ in verbo. ⁊ hec est essencialis diffinitio et q̄ditatiua aduerbij. data p suū gen⁹ et modū s̄ficandi specificū. Alie aūt diffinitiōes date a pristiano et a donato sūt diffinitiōes causales date p causam finalē ipi⁹ aduerbij. q̄2 finis aduerbij ē explanare et determiare s̄ficationē verbi.

Sciendū q̄rto

ꝙ aduerbiū pricipalit̄ determiat verbū. ideo aduerbiū s̄cat p modū fluxus et fieri ī alio. Sed q̄nq̄ȝ tn̄ etiā determiat pticipiū sicut nimis honorati sunt amici tui de⁹. sed nō determiat ipm rōne pticipij sed rōne v̄bi a q̄ descēdit. et qđ in illo pticipio itelligit̄. ideo q̄2 illud v̄bū honoro hȝ determiari p hoc aduerbiū nimis. etiā hoc pticipiū honorat⁹ ab ipō descendēs gr̄a eius p̄t determiari ab illo aduerbio nimis. Q̄n̄doq̄ȝ etiā determiat orōnē. vt h̄ maxīe sortes currit. tn̄ hoc ē rōne v̄bi ī orōne positi et nō rōne noīs. ideo bn̄ dr̄ in dffinitōe aduerbij est p̄sorōnis q̄ adiecta v̄bo ⁊ nō alteri ptiorōnis. quia determiat pricipaliter s̄ficationē eius. Et sic patet quid sit aduerbiū. et qualiter est itelligenda diffinitio.

Contra p̄dicta arguit̄ p̄mo sic.

Habit⁹ p̄cedit p̄uationē. g̊ p̄sorōis decliabilis dȝ p̄cedere ptēōrōnis indeclinabilē. q̄2 declinabile et īdeclinabile hn̄t se sicut habit⁹ et p̄uatio Sȝ aduerbiū, est ps indeclinabilis. ergo dȝ seq̄ pticipiū qđ est ps declinabilis. ¶ Scđo sic v̄bū est cōpletū et pfectū ante adiūctiōȝ aduerbij. ergo male dr̄ ꝙ aduerbiū additū v̄bo implet s̄ficationē ei⁹. q̄2 p hoc denotat̄ ꝙ v̄bū de se sit impfectū ¶ Tertio sic Id qđ pficit alterū. vl' implet ē nobili⁹ ipō. sed aduerbiū nō est nobili⁹ ipō v̄bo. īmo ignobili⁹ et īdigni⁹. ergo aduerbiū nec īplet nec pficit s̄ficationē v̄bi. ¶ Quarto sic. v̄bū est p̄sorōnis s̄cās p se g̊ nō hȝ s̄catū p aduerbiū. ⁊ p ↄ̄us aduerbiū nō explanat nec īplet s̄ficationē v̄bi. ¶ Quīto sic Aliqđ aduerbiū determiat nomē. ergo nō est p̄sorōnis adiecta v̄bo. Añcedens ptȝ de hoc aduerbio ecce et etiā de hoc aduerbio tm̄. dicimus em̄ ecce mgr̄. et tm̄ hō currit.

Ad argumenta in oppositum.

Ad primū dr̄ ꝙ pticipiū in rōne ptis declinabilis bn̄ pōt p̄cedere aduerbiū. vt dictū est. sed au. iste nō habuit illā ↄ̄sideratiōnē. sed cōsiderauit ꝙ determiatio (cuiusmodi est aduerbiū) īmediate debeat seq̄ suū determiabile. ¶ Ad s̄m dicit̄. ꝙ licet verbū s̄m suaȝ s̄ficationē sit pfectū anteq̄ȝ sibi addat̄ aduerbiū tn̄ est cōfusum ⁊ indeterminatū quo ad finē grāmatice. et ideo indiget aduerbio. vt tollat̄ eius indetermiatio. et hoc mō intelligit au. cū dicit ꝙ ad-

uerbiũ implet ʒcationẽ verbi. hoc est determĩat. ¶ Ad terciũ dr. ꝙ id qd̓ pficit alterũ essentialiter tanꝙ pricipiũ cõstitutiuũ est dig nius eo. Non tñ id qd̓ pficit alterũ accñtaliter determinãdo ipm ad vnã partẽ determinatã sue acceptõis. ¶ Ad quartũ dr. ꝙ ver bum nõ est ʒcatiuũ p aduerbiũ tanꝙ per id qd̓ pricipaliter impor tat ex impositiõe sibi facta. Sed verbũ est ʒcatiuũ p aduerbium quantũ ad hoc qd̓ est determĩare. licet eñ hoc verbũ lego ʒcet p legere. nõ tamen ʒcat bñ legere nisi sibi addat̃ hoc aduerbiũ bñ immo ĩdr̃nter se hʒ ad bene vl̃ male legere. ¶ Ad quĩtũ dr. ꝙ si aliqd̓ aduerbiũ addat̃ noĩ hoc est rõne alicui⁹ ỽbi subintellecti vt cũ dr ecce mgr̃. includit̃ hoc pticipiũ ens. ita ꝙ sensus ẽ ecce ens qd̓ est mgr̃. Et hoc est qd̓ dicit autor modorũ ʒcãdi cũ dicit. Ens laudi dicas hanc si cũ nomĩe iungas. Et participiũ determinat̃ p hoc aduerbiũ ecce ratiõe verbi a quo descendit. vt patuit q2 ad uerbium est determinatio verbi vel alicuius ratiõe verbi.

Aduerbio quot accidunt. tria.

Postꝙ autor superius determĩauit de aduerbio quo ad eius essen tialia. ponẽdo diffinitionẽ eius. Hic cõsequẽter determĩat de ad uerbio quo ad ei⁹ accñtalia. ponẽdo eius accñcia. dicẽs ꝙ aduer bio accidũt tria. scʒ significatio cõparatio ⁊ figura. Cuius ratio ẽ q2 omẽ quod accidit aduerbio sequit̃ ipm post suũ esse cõpletũ vl̃ ergo sequit̃ ipm ratiõe sui significati absolute cõsiderati. vl̃ respe ctiue ad aliud. Si pmũ sic est significatio. Si secundũ hoc est du pliciter. aut refert̃ ad aliquod principiũ extrinsecũ et sic est cõpa ratio. vel ad aliquod tanꝙ ad principiũ intrinsecũ ⁊ sic est figura Et in ꝓposito ʒcatio dicitur quedam ꝓprietas determinãdi ver bum gracia accidenciũ que insunt aduerbijs. Unde ʒcatio in pro posito sic diffinitur. Est mod⁹ ʒcandi datus aduerbio ad designã dum rem suam vt determinat verbum gracia loci. aut gracia nu meri. aut gracia tẽporis. aut gracia alicuius alteri⁹ particularis ʒcationis. Et capitur alio modo ʒcatio pro ʒcatiõe essentiali ad uerbij. que est ʒcare per modum fluxus vel fieri in alio. Et illa nõ dicit̃ accidere aduerbio. sed ʒcatio circa illã rem vel istam puta tẽporis vel loci dicitur accidere aduerbio.

Sciendũ pmo ꝙ inter accidentia aduerbij autor prius determinat de ʒcatione di cẽs. ꝙ ʒcatio aduerbij est multiplex. quia multiplicia sunt aduer bia. Nam sunt aduerbia loci que determinãt verbum gracia loci et ista habent significationẽ localem. Alia sunt aduerbia tẽporis

et illa habēt ẜcationē tꝑalem ꝛc̃ijs. que ꝑ ordinē ponunt̃ in textu
Et ſic ſunt tot ẜcatiões quotuplicia ſunt aduerbia. ſed q꞉ nos nõ
habem⁹ certũ numerũ aduerbioꝝ ideo nec nũerũ ẜcationũ aduer
bialiũ. quare nõ dicit autor ẜcatiões aduerbiorũ q̊t ſunt. q꞉ ad h⁹
nõ potuiſſet dediſſe certã reſponſionē. cũ ẜcatiões nõ habeãt cer
tũ numeꝝ vt dictũ eſt. Sed dicit ẜcatio aduerbiorũ in quo ē que
queſtio nõ ꝑ numeꝝ querit ideo etiã nõ reſpõdet ꝑ numerum. ſed
oſtēdit multiplicitatē aduerbiorũ a qua multiplicat̃ ẜcatio aduer
biorũ Nõ tamen hic enumerãtur omĩa aduerbia. ſed ſolũ magis
principalia. ad que quantũ poſſibile eſt alia reducuntur.

Sciendũ ſecũdo ꝙ inter iſtas ſignificatiões au
torp̄mo determiat de ſignifi
catiõe locali. ſicut etiã facit enumerando aduerbia. vbi p̄mo en
merat aduerbia loci. et oſtendit ꝑ exempla. dicens ꝙ aduerbia lo
ci ſunt ibi hic illic inde intro foris foras. Et differunt inter ſe. v
patebit in ſequētibus. quãdo agetur de aduerbijs localib⁹. Et nõ
ponit autor omĩa aduerbia localia. ſed dat quedaꝫ exempla ad no
ticiã aduerbiorũ localiũ valēcia. quoniã ſicut iſta ſignificãt locu
ſic et alia omĩa. et nõ exemplificat ibi autor de aliquibus interro
gatiuis locorũ. ſed tantũmodo de aliquibus reſponſiuis quia ta
lia aduerbia interrogatiua locorũ ſunt quattuor ſcꝫ quo qua vb
et vnde. de quib⁹ poſtea videbit̃. Omĩa aũt alia aduerbia locor
ſunt reſpõſiua. vt hic illic iſtic Vnde iſte accuſatiu⁹ ſcꝫ aduerbi
intelligit̃ in qualibet ẜcatiõe aduerbij. ita ꝙ regat̃ ab iſto v̄bo da
et regat iſtos genitiuos poſitos in ſequētibus. ſcꝫ loci temporis
numeri ꝛc̃ijs. ꝛ nõ exprimitur cauſa breuitatis. q꞉ per hoc ꝙ in p
ma ſignificatione ponitur in omĩbus alijs intelligitur.

Sciendũ tercio ꝙ cõſequēter oſtendit autor qu
ſunt aduerbia tp̃is ſiue que ſit
gnificatio tēporalis. Dicens ꝙ aduerbia tēporis ſunt hodie he
nunc ꝛc̃. Et nõ reperitur eodē modo tempus in aduerbio ſicut
verbo. quia verbũ cõſignificat tēpus. i. ẜcat cũ tp̃e vt dicit̃ p̄m
periarmenias. et ideo tempus eſt mod⁹ ẜcandi datus verbo ꝛc̃
Aduerbia aũt tēporalia ẜcant habitudinē tēporis menſurãtis a
rem temporaliter menſuratã. et ideo aduerbia principaliter ſign
ficãt tempus. et nõ ex cõſequēti ſicut verba. Et ideo tempus n
dicit̃ accidere aduerbio. q꞉ ſignificare p̄ncipaliter nulli parti di
tur accidere. Et ita meli⁹ dicit autor. da aduerbia tēporis q̄ ſi d
ceret de tp̃e aduerbij ſicut in verbo de tp̃e verbi. Cuꝫ eñ dicere
aduerbiũ eſſe alicui⁹ tēporis crederet̃ ꝙ tempus accideret adue
bio qđ falſum eſt. Et poſtea oſtēdit autor que ſunt aduerbia nũe

Dicens ꝙ aduerbia numeri sunt semel bis ter quater. et ſ̄ƺcant illa aduerbia principaliter numerū. id est determinât numerū circa rem verbi. sicut patet cū dicit̃ legi semel. legi bis et ita numerus nō est accidens aduerbij. sed ſ̄ƺcatio numeralis Unde quedā aduerbia numeri ſ̄ƺcant numerū determiate. vt semel bis ter. quedam ſ̄ƺcant numerū indeterminate. vt sepius multo ciens ⁊cͤ̄ijs. et de primis exemplificat autor.

Sciēdū quarto ꝙ ꝯñter autor exēplificat de aduerbijs negâdi dicēs ꝙ aduerbia negâdi sunt haud nō neq̃. Unde neq̃ quâdoq̃ est aduerbiū et qñq̃ cōiunctio. Qnâdo est aduerbiū tūc eius officiū est negare Et quâdo est cōiunctio. tunc eius officiū est cōiungere et disiungere aliqua extrema respectu tercij. Unde qñq̃ ꝯiungit noīa. vt video neq̃ fratrē neq̃ sororē. qñq̃ aūt inter ꝓnoīa. vt neq̃ hoc neq̃ illud prodest mihi. quâdoq̃ inter verba. vt neq̃ lego neq̃ scribo. qñq̃ inter aduerbia. vt neq̃ bene neq̃ male. quâdoq̃ int̃ participia. vt neq̃ bibens neq̃ comedēs est iste homo. Et sic patet quid sit ſ̄ƺcatio in cōmuni. et quo modo capitur vt est accidēs aduerbij. patent etiā in speciali quattuor ſ̄ƺcationes. scƺ localis tēporalis. numeralis. et negandi.

Contra ꝑdicta arguit̃ ꝑmo sic.

Illud quod nō potest adesse et abesse rei non potest sibi accidere. vt patet per diffinitionē accidentis. sed significatio nō potest abesse aduerbio. ergo nō est accidens eius. Minor probat̃. q2 omne aduerbium est significatiuū. et si ab eo seperaret̃ significatio. non esset plus aduerbiū. ¶ Secūdo sic. In aduerbijs inueniūtur tria tempora sicut in verbo. scƺ presens. vt hodie. preteritū vt heri. futuruƺ vt cras. ergo tempus accidit aduerbio sicut verbo. et ꝑ cōsequēs nō solū tria accidūt aduerbio. ¶ Tertio sic. hoc aduerbiū semel ſ̄ƺcat singularitatem. et ista aduerbia bis ter quater pluralitatē ſ̄ƺcant. sed numer⁹ gracia singularitatis et pluralitatis dr̃ accidere partio͡ronis. ergo numer⁹ accidit aduerbio. ¶ Quarto sic Hec dictio neq̃ est cōiūctio. cū habeat officiū cōiunctiōis. ergo male exēplificat autor hic de ipsa inter aduerbia negâdi. cōsequēcia ꝓbatur. q2 actus cōiunctiōis est cōiungere. et actus aduerbij negâdi est separare. sed isti actus sunt distincti. ergo nō possūt importari per vnā dictionē. ¶ Quinto sic. Illud quod destruit nō est aduerbiū. Sed omnis negatio destruit verbū. ergo nulla negatio est aduerbium. Et per consequēs nullum est aduerbiū negâdi

Maior patet. quia aduerbium implet ẜcationem verbi. vt dicit
diffinitio aduerbij. Minor patet. quia cum dicitur nō currit. illa
negatio nō destruit actum illius verbi currit.

Ad argumenta in oppositum.

¶ Ad primū dicitur ꝙ significatio essentialis et generalis que e
determinare verbū nō potest ab aduerbio separari preter subiecti
corruptionem. et ista non accidit aduerbio. Sed significatio spe-
cialis et accidentalis. que est determinare verbū hoc vel illo mō
scꝫ gracia temporis. vel numeri. bene potest abesse aduerbio. Et
illo modo dicitur accidens. et separatur ab eo preter eius corrup-
tionem. Unde nihil prohibet ꝙ illud quod secundū se est essentia-
le et naturale. cōparatum ad aliud ẜm habitudinem eius sit acci-
dētale. sicut in simili punire latrones est naturale. sed punire hoc
vel illo modo est accidentale ⁊ voluntariū. ¶ Ad secundū dicit
ꝙ licet inueniat tempus in aduerbio tanꝗ ẜcatio eius. Non ta-
men tanꝗ modꝰ ẜcandi. Nam licet aduerbium significet tempꝰ.
non tamen ẜcat cum tempore sicut verbum. Nam aliud est signi-
ficare tempus et significare cum tempore. Significare enim tem-
pus est de sua ẜcatione principali importare tempus. Sed signi-
ficare cum tempore est de suo significato dare intelligere aliquam
differenciā temporis. scꝫ presens preteritum vel futuruꝫ. ¶ Ad
terciū dicit Licet hoc aduerbium semel significet singularitatem
tanꝗ significatum eius. nō tamen de suo modoẜcandi. Neqꝫ si-
militer bis vel ter importat pluralitatē de suo modoẜcandi ẜ de
suo significato. Et inde est ꝙ hoc aduerbiū semel potest cōiungi
cum verbo vtriusqꝫ numeri. Nam congrue dicitur semel legi. se-
mel legimus. bis legi. bis legimus. quod nō contingeret si semel
et bis importarent singularitatē et pluralitatē de suo modosigni-
ficandi. ¶ Ad quartū dicitur. ꝙ hec dictio neqꝫ nō potest eodeꝫ
modo esse cōiunctio et aduerbiū. sed diuersimode. Nam inquan-
tum negat actum et tenet negatiue sic est aduerbiū negandi. Sed
inquantū habet cōiungere voces et disiungere significata est cō-
iunctio disiunctiua. licet eñ inquantum est cōiunctio sibi cōueni-
at cōiungere. tamē inquantū est disiunctiua sibi ꝯuenit disiūgere
¶ Ad quintū dicit. ꝙ aduerbiū negandi nō destruit omnē actuꝫ
verbi. sed solū destruit actum spetialem. et relinquit actū genera-
lem. qui significatur per hoc verbum est acceptuꝫ. vt est cōmune
ad esse in natura et ad esse in apprehensione. quemquidē actū non
potest negare negatio Cum eñ dicitur nō curro. solū negatur ille
actus qui est currere. et nō actus generalis q̄ est esse.

Da affirmãdi vt etiaz quin ni·

Postq̄ autor superius determinauit de aduerbijs negandi. Hic cõsequenter determĩat de aduerbijs affirmandi. Cuiꝰ ordinis ratio est. quia licet simpliciter et in diuersis affirmatio precedat negationẽ. sicut esse precedit nõ esse, tamẽ in eodez quod potest esse et nõ esse. negatio precedit affirmationẽ. qꝛ tale ens ṗus habet nõ esse q̄ esse. Hoc aũt modo cõsiderans autor. posterius de aduerbio affirmãdi q̄ negãdi determĩat. Dicẽs ꝙ ista aduerbia dicunẽ affirmãdi quin etiã ni certe. Ista eñ aduerbia ẜcant affirmationẽ Et sicut dictũ est ĩ precedẽtibus de hac dictiõe neqꝫ. ꝙ quãdoqꝫ est aduerbiũ et quãdoqꝫ cõiunctio. Ita etiã dicendũ est de hac dictione etiã. ꝙ quãdoqꝫ ponit̃ inter cõiunctiões causales. Sz hoc est diuersimode. quia cum cõiungit ponitur inter cõiunctiones. Sed quando determĩat actum verbi ponitur inter aduerbia. Cõsequẽter declarat autor. ꝙ quedam sunt aduerbia demonstrandi. vt en ecce. Ista eñ aduerbia excitant auditorem ad aliquid apprehendendum. ideo dicuntur aduerbia demõstratiua Aduerbia autem hortãdi sunt eya aye. Vnde aye eya sunt verba aduerbialiter posita. Et in proposito nõ sunt alicuiꝰ numeri nec persone. Licet capiendo ea verbaliter ad vnum loquẽdo dicimus aye. et ad plures loquendo dicimus ayate.

Sciendũ primo ꝙ aduerbia similitudinis sunt ceu. sicut. quasi ꝛc̃. Vnde hoc aduerbiũ quasi dicit similitudinem cum diuersitate. vt patet hic Ego quasi vitis fructificaui Et quandoqꝫ ostendit improprietatem. vt nox et dies sunt quasi id est improprie cõtraria. quãdoqꝫ ostẽdit vnicã expressionẽ. vt ĩ euãgelio Vidimus gloriã eiꝰ quasi vnigeniti a patre. ibi hec dictio quasi nõ dicit similitudinẽ cũ diuersitate sed ostẽdit vnitatẽ. et exponit̃ pro vere. ita ꝙ illa oratio sic exponat̃. vidi mus gloriã eius. s. christi quasi vnigeniti. i. vere vnigeniti. patet qꝛ sicut quasi denotaret siĺitudinẽ cũ diuersitate sequeret̃ ꝙ christus nõ esset vere vnigenitus qđ est error. Consequẽter autor tractat de aduerbijs qualitat̃. dicẽs ꝙ aduerbia q̄litat̃ sunt docte pulcre ꝛc̃. Vnde ista aduerbia dicũtur qualitatis qꝛ a nomibus qualitatem ẜcantibus descendunt. sicut de fort̃ forte fortiter. de pulcher pulchre ꝛc̃. Vnde hoc aduerbiũ similiter ĩquantũ descẽdit a nomĩe qualificãte scz siĺis dr̃ aduerbiũ qualitatis. Sed ĩquantũ dt̃ siĺitudinẽ. potest dici aduerbiũ similitudinis tamen verius dicitur similitudinis q̄ qualitatis aduerbium.

Sciendū secūdo ꝙ aduerbia q̄titatis sunt mł tum parum ⁊c̄. et sunt ꝓprie illa que descendunt a nominibus quantitatē significantibus. sicut multum quod descēdit a multus multa multū. inquantū multus significat quantitatē. et sic capitur materialiter. et sic quantuꝫ ad illud quod est. significat quantitatē. licet formaliter captum signi ficet relationē ad paucum. Etiā hoc aduerbium paulatim est ad uerbiū quantitatis. quod descēdit a paulus. la. lum. considerādo ipsum quantū ad significatuꝫ eius. Et hoc testat̄ pristianus in ma iori volumine in tractatu de aduerbijs. vbi exemplificat de aduer bijs ꝫcantibus quantitatē. et dicit ꝙ ab ocio venit ociatim. a par te venit partim. a paulo paulatim. Sed si cōsideratur quantū ad formā quā importat potest dici aduerbiū qualitatis. Sed de ad- uerbijs personalibus exēplificat autor. vt mecum tecū ⁊c̄. Et iste voces ꝫm pristianū sunt oratiōes et nō dictiones. quia(vt dicit pristianus) prepositiōes cū ꝓnominibus cōponi nō possunt. Sꝫ ꝫm autorē istum sunt dictiones cōposite. eo ꝙ vnico accētu pro- ferūtur. Nam si nō essent dictiones. nō essent aduerbia. quia om nis pars orationis est dictio. licet nō econtra Et hoc habet verita tem ꝫm vsum. quia ꝫm artem sicut pristianus loquitur magis di cuntur oratiōes. quia(vt dictū est) prepositiōes nō cōponunt̄ cū ꝓnominibus ꝫm artem. sed solum ꝫm vsum.

Sciendū tercio ꝙ de aduerbijs dubitandi exem plificat autor. vt forsan forsitan et sic de alijs. Et licet ista aduerbia determinēt totā orationem si preponant̄. vt forsitan veniet rex parisius. nō tamē determinant totā orationē nisi gracia verbi in ea positi. et ideo bene dicunt̄ ad uerbia. Sed de aduerbijs vocandi exemplificat autor. vt heus. similiter o inquātū ponitur vocatiue vt ibi o petre veni. ibi o est aduerbium vocādi. Et licet ista aduerbia vocādi in oratiōe posi ta nō sint partes principales. que sunt suppositum et appositum tamē sunt partes minus principales disponētes partes principa les. ideo bene dicuntur aduerbia. Cōsequenter autor determinat de aduerbijs separādi. que sunt scorsum retrorsum ⁊c̄. que signifi cant separationē vnius ab alio. et determināt verbum gracia se- parationis. De aduerbijs iurandi exemplificat autor. vt edepol castor ⁊c̄. Et(vt dicunt quidā) illa vox medius fidius nō est ad- uerbiū. quia nō est dictio sed oratio. Sed tamen donatus eam po nit inter aduerbia. nō ꝙ sit aduerbium iurandi. sed exemplificat hoc ꝓpter aduerbium hercle. sic ꝙ sit sensus. hercle medius fidiꝰ idest per herculē qui est mediꝰ fidius iouis. ⁊ ponitur ibi d pro l.

et dicit̃ fidius pro filius vt testat̃ remigius. Alij dicũt ꝙ illa vox medius fidius est aduerbiũ cõpositũ ex tribus dictiõibus. scz de medius. et fidius et de iouis. idest de iuppiter. ita ꝙ sit sensus medius fidius. i. per mediũ filiũ iouis iuro. i. per herculẽ quẽ iuppiter ex alcmena genuit. et ita hercules fuit immortalis ex parte iouis. mortalis autẽ ex parte alcmene. ⁊ ideo hercules fuit medius fidius idest filius quo ad immortalitatẽ et mortalitatẽ.

Sciendũ quarto ꝙ aduerbia eligendi sunt pocius immo. vt cũ dicitur diligo deũ pocius ꝙ̃ dyabolũ. ibi pocius tenet̃ electiue. ita ꝙ sit sensus. eligo dilectionẽ dei. et negligo dilectionẽ dyaboli. qꝛ ibi non potest esse cõparatio. cũ ambo ibi nõ participẽt in eadẽ ꝓprietate que est dilectio. De aduerbijs ꝓhibẽdi exẽplificat vt ne. qđ nullũ verbũ determĩat nisi verbũ optatiuũ. Nõ eñ determĩat imperatiuũ. qꝛ imperiũ et ꝓhibitio nõ cõpaciũtur se. Et causa est qꝛ optatiuus importat desideriũ. sed nihil ꝓhibetur nisi qđ desiderat̃. ideo hoc aduerbiũ ne cõiungitur optatiuo et si quãdoqꝫ iungitur imperatiuo. non tamen imperatiuus tenet̃ in ꝓpria natura. sed in natura optatiui. De aduerbijs euentus autor cõsequẽter determinat. vt forte fortuitu. Et licet omĩs euẽtus sit dubius. tamen aduerbia euẽtus nõ possunt dici aduerbia dubitãdi. neqꝫ ecõuerso. qꝛ aliud est dubitatio et aliud euẽtus. Euentus eñ est inopinatꝰ rerũ casus. Sed dubitatio est ambigue vite occupatio. Cum eñ dico forte rex veniet parisius. nõ dubito nec certifico regẽ esse parisius et hoc denotat̃ ꝑ hoc aduerbiũ euẽtus. scz forte. Similiter exẽplificat autor de aduerbijs cõparãdi. vt sũt magis tã maximũ minimũ valde. Et sic patꝫ de omĩbus significatiõibꝰ aduerbiorũ

Contra ꝑdicta arguit̃ ꝑmo sic.

Prepositio preponitur alijs partibus in oratione. sed aduerbia ꝑsonalia cõponuntur ex prepositione et pronomine. ergo prepositio debet preponi. et sic debemus dicere cum me cum te. et nõ mecũ tecum. ¶ Secũdo sic. Illud quod nõ habet personã nõ est personale. sicut illud quod nõ habet albedinem nõ est album. sed aduerbium non habet personam. vt patet in assignatione accidencium. ergo nulla sunt aduerbia ꝑsonalia. ¶ Tertio sic. Illud quod habet qualitatem est completum et perfectũ in natura. qꝛ secũda compositio sequitur primã. sed aduerbiũ non est huiusmodi. cuꝫ non sit ens reale. ergo aduerbium non habet qualitatem nec quãtitatẽ. et ꝑ cõsequẽs nulla sũt aduerbia qualitatis aut quãtitatis

¶ Quarto sic. Hoc aduerbiũ poci⁹ est aduerbiũ cõparandi. cuȝ sit cõparatiui gradus sicut hic et hec potior et hoc poci⁹. ergo male dicit autor ipm esse aduerbiũ eligẽdi. ¶ Quinto sic. Hic nõ ponũt aliqua aduerbia imparandi ergo nõ debẽt poni aduerbia phibẽdi. q2 impare et phibere sunt opposita. Modo quicũqȝ tradit sciencia de vno oppositorũ. debet etiam tradere de alio. quia omnium oppositorũ est eadem disciplina.

Ad argumenta in oppositum.

Ad primũ dicit. q licȝ pposicio preponat in orone dũ est simplex dictio. et etiã libere preponat alijs partibus in orone. non tamen semp oportet preponi in dictiõibus cõpositis. immo etiã postponitur in cõpositiõe causa euphonie et boni soni. Sic etiã in pposito. turpe eñ esset dicere cũ me cũ te. sed pulchre mecũ tecũ. g ꝛc. ¶ Ad sm dicit. q licet aduerbiũ nõ habeat personã que est modus loquẽdi de se vt de se ꝛc. et que est accidẽs verbi vel pnois. tamẽ aduerbiũ hȝ personã vt est hũane nature suppositũ. et eodẽ modo quo hȝ personã aduerbiũ dicit psonale. ¶ Ad terciũ dr q illud quod hȝ qualitatẽ et quantitateȝ tanq subiecta eorũ est ens completũ et pfectũ in natura. Non tamẽ oportet hoc esse de illo qd habet qualitatẽ aut quantitatẽ tanq pricipale eius significatũ Modo aduerbia nõ habẽt qualitatẽ et quãtitatẽ. sic q essent subiecta qualitat et quantitatis. sed habẽt qualitatẽ ꝛ quãtitateȝ sic q significãt eas. ¶ Ad quartũ dicit. Si hoc aduerbiũ poci⁹ dicitur cõparatiui gradus. tũc est aduerbiũ cõparandi. sicut cũ dicitur diligo patrẽ poci⁹ q matrẽ. sensus eñ est diligo matrẽ. sed magis diligo patrẽ. ita q tam pater q mater participãt ĩ dilectione. Sed si hoc aduerbiũ pocius tenet electiue. ita q vnũ illoruȝ habeat illam formã et aliud nõ. tunc est aduerbiũ eligẽdi. vt in exemplo diligo deũ pocius q dyabolũ. ¶ Ad quintũ dicit. q licet aduerbiũ imparãdi autor nõ ponat explicite. tamẽ implicite Nã sub aduerbijs hortandi comprehendit omĩa aduerbia imperandi qui eñ hortatur satis imperare videtur.

Cõparatio aduerbiorũ in quo est

Postq autor determiãuit de significatiõe aduerbiorũ. Hic cõsequenter determiat de cõparatiõe. Cuius ordinis ratio est. q2 significatio cõuenit omĩbus aduerbijs. Cõparatio aũt nõ. sed solũ aduerbijs descendẽtibus a noĩbus cõparationẽ recipientibus. sicut hoc aduerbiũ docte doctius doctissime. eo q descẽdit a noĩe adiectiuo scȝ doct⁹. sed genraliora sunt priora. ideo pus determiat de

significatiōe ꝗ̄ cōpatiōe. In p̄ma parte dicit autor. ꝙ cōparatio
aduerbiorū est in tribus gradibus cōparatiōis. scȝ positiuo com
patiuo et suplatiuo. Et dat exemplū de positiuo. vt docte. de cō-
patiuo. vt doctius. de suplatiuo vt doctissimū vel doctissime. Et
huius diuisiōis eodē mō pōt dari sufficiētia sicut data est in noīe

Sciendū p̄mo ꝙ de aduerbijs cōpabilib⁹ autor
exemplificat p̄ hoc aduerbium do
cte. Vnde si nomē a quo descēdit aduerbiū cōparabile sit secunde
declinatiōis. tunc aduerbiū ab eo descendēs formaṫ a dtō singula
ri mutādo o in e. vt de docto fit docte Et ab ista regula excipiunṫ
largius. duri⁹. firmius. lōgius. ꝛ quedā alia noīa que nō formant
hoc modo aduerbia sua. immo formāt ea tam in e ꝗ̄ in r. vt firme
firmiter. large largiter. dure duriter. que cōtinentur in grecismo.
Inueniunṫ etiā multa alia aduerbia termīata in e vel in o. vt pri-
me p̄mo. secūde secūdo. Si aūt fuerit tercie declinatiōis tunc ad
uerbia formanṫ a dtō correpta i et addēdo ter. vt a forti addendo
ter fit fortiter. Inde excipiṫ hoc aduerbiū facile. qꝛ ẜm hoc debe
remus dicere faciliṫ. Vñ cōpatiu⁹ hui⁹ aduerbij similis est cōpa
tiuo noīs neutri generis a quo formaṫ. Vñ aduerbia trib⁹ mo-
dis formanṫ a noībus. Quedā ẜm vocē et ẜcationē simul. vt a do
ctus venit docte. Quedā ẜm vocē tm̄. vt ab hoc noīe modus ve
nit modo qđ est aduerbiū tp̄is. Quedā ẜm ẜcationē tm̄. vt ab hoc
noīe vnus venit semel. Et sic patet de cōparatiōe aduerbij.

Sciendū secūdo ꝙ in aduerbio due sunt figure
scȝ simplex vt docte prudēter.
et cōposita vt indocte imprudēter Vnde ẜm pristianū aliqua ad
uerbia sunt decōposite figure. qꝛ deriuātur a noībus cōpositis. vt
indoctus imprudēs. sed donatus nō ponit differentiā inter cōpo
sitā et decōpositā figurā. immo sub cōposita cōprehendit decom
positā. vt dictum est in noīe. Et huius diuisiōis figure in simpli-
cem et cōpositā eadē est ratio sicut in noīe ꝓnoīe et in verbo. Et
etiā diffinitur sicut in istis partibus oratiōis. Et sicut noīa compo
nūtur quattuor modis. ita etiā aduerbia. Primo ex duobus inte-
gris. vt indocte imprudēter. Secundo ex duobus corruptis. vt
efficaciter. Tertio ex integro et corrupto. vt inepte insulse. Quar
to ex corrupto et integro. vt impie ꝛc̄ijs.

Sciendū tercio ꝙ aduerbia localia sūt multipli
cia. ideo determīat autor de eis
ostendēs multitudinē eorundē. Et dicit ꝙ quedā aduerbia signi-
ficant esse in loco. vt intus foris. Alia sunt que ẜcant esse de loco
vt intus foris. ꝛ ideo dt autor ꝙ aduerbia de loco et ī loco eandeȝ

significationē habēt. i. eandē litteraturaʒ. ita ꝙ sub vna voce pñt
importare ambas ßcationes. Et dat autoꝛ exemplum. sicut bene
dicit̄ intus sum intus exeo. et similiter suʒ foris. venio foris. Alia
sunt aduerbia que ßcant ad locum. sicut intro foras. Et alia sunt
que ßcant per locum. sicut hac illac istac. Et illa aduerbia que sig
nificant ad locum et per locum aliam et aliā ßcationē habēt. Nā
ista aduerbia intro foras. aliter ßcant ꝙ̄ illa hac illac istac. Unde
quattuoꝛ sunt interrogatiua locoꝛum et etiam nominū ßcancium
locum. ⁊ generaliter quattuoꝛ sunt interrogatiā oim̄ locoꝛum. scʒ
quo qua vbi et vnde. quo querit ad locū. vnde cū querit̄ quo va-
dis tantū valet. i. ad quē locū vadis. Sed ꝑ qua querit̄ per quem
locū aliquis trāseat. vt cū querit̄ qua vadis. i. per quē locū tran-
sis. Ubi vero querit in quo loco aliqs sit vel fuerit. vt vbi es. i. i
quo loco es. Unde autē querit de loco. vt cū querit̄ vnde venis.
id est de quo loco venis. Et horū quattuoꝛ īterrogatiuoꝛū sic pōt
haberi sufficiētia. qꝛ om̄e illud de quo querit̄ aut est ī motu aut in
q̄ete. Si secundū sic de ip̄o querit̄ per hoc aduerbiū vbi. Si p̄mū
sic est tripliciter. vel hoc considerat̄ ßm p̄ncipiū sui motus. et sic
querit̄ de ipso ꝑ vnde. Aut quātum ad mediū sui motus. ⁊ sic que
ritur ꝑ qua. Uel quātum ad finē sui motus. ⁊ sic querit̄ per quo.

Sciendū quarto ꝙ ad questionē factaʒ ꝑ quo
duobus modis respondetu[r]
Uno mō per aduerbiū. Alio mō per nomen. Si per aduerbiū tūc
respondētur illa tria huc illuc istuc. Respondent̄ etiā ista aduer
bia intro foras. Si per nomē hoc est dupliciter. aut per ꝓꝓ̄iū aut
per appellatiuū. Si secundū sic debemus respōdere per accusati
uū casum mediāte prepositione ad. vt vado ad villā vel in villā.
Si per nomen ꝓꝓ̄iū hoc est dupliciter. qꝛ vel illud est nomen pro
prium ciuitatꝫ vel ville simplex vel cōpositū. Si simplex tunc re
spondetur per accusatiū sine prepositōe. vt vado romā. Si cōpo
situm tunc respondetur per accusatiū mediāte prepositōe. vt va
do ad sanctum iacobū. vado ad montem pessolanum. Si vero re
spondemus ꝑ verbum. sic debemus respondere per p̄mū supinū
vt vado lectuʒ. Unū versus. Roma rothomagū vernone tendit
athenas. Sil'iter ad questionē factā per qua dupliciter responde-
mus. scʒ per aduerbiū et ꝑ nomē. Per aduerbiū. vt hac illac istac
Per nomē dupliciter̄ scʒ ꝑ nomē ꝓꝓ̄iū et appellatiū. Si sit appella
tiuū sic respōdemus ꝑ actiū mediante prepositōe per. vt qua va
dis. per villā per templum. Si sit ꝓꝓ̄iū nomē ciuitatꝫ vel ville.
hoc ē dupliciter. qꝛ vel illud est simplex vel cōpositū. Si simplex
sic debem⁹ respōdere per accusatiū sine prepositōe. vt qua trāsis

transeo romã. Si cõpositũ. sic respondem⁹ p accusatiuũ cũ ꝑpositiõe. vt trãseo per portã nicolai. Siliter ad questionẽ factã per vbi respõdem⁹ vno modo p illa aduerbia hic illic istic. Alio mõ per noĩa et hoc dupliciter. qꝛ vel est nomen appellatiuũ. et sic respõdemus per ablatiuũ mediante prepositione. vt vbi est rex. respõdetur in templo. Vel est propꝛiũ nomen ciuitatis vel ville et hoc dupliciter. quia vel est simplex vel cõpositum Si cõpositum sic debemus respõdere per ablatiuũ mediãte prepositione in. vt sum in mõte recluso. Vel per accusatiuũ mediãte prepositiõe ad Si vero illud nomẽ sit simplex hoc est dupliciter quia vel est singularis vel pluralis nũeri. Si primũ hoc est tripliciter. vel est p me declinatiõis. vel secũde vel tercie. Si prime vel secũde tunc respõdemus p genitiuũ casum. vt rex fuit rome. vel tothomagi. Si tercie sic respõdemus per ablatiũ singularẽ sine prepositione vt rex est vernone. Si sit pluralis numeri sic respõdemus p ablatiuũ pluralẽ sine prepositiõe. vt Rex fuit athenis. Vnde versus. Roma rothomago vernone meabit athenis Similiter ad questionem factam per vnde respondemus vno modo per aduerbium. vt hinc illinc istinc. Alio modo per noĩa. et hoc dupliciter. Aut ẽ nomẽ ꝓprium aut appellatiuũ. Si appellatiuum tunc respõdem⁹ per ablatiuum mediante prepositione de. vt de templo. Si ꝓpriũ hoc est dupliciter. aut est simplex aut compositũ. Si simplex tũc respondemus per ablatiuũ sine prepositione. vt venio roma. Si compositũ tunc respondemus per ablatiuũ cum prepositiõe. vt venio de sancto paulo. vnde versus Roma rothomago vernone meabit athenis. Et ista quattuoꝛ nomina scꝫ rus domus milicia humus romanis militibus et homibus appropꝛiata sequũtur rationẽ propꝛiorũ nominũ in omnibus questionibus factis per illa quattuoꝛ aduerbia. Que autem aduerbia respondeãtur ad illa interrogatiua potest sciri p hec metra. Huc illuc istuc dic si fit questio p quo. Hac illac istac dic. si fit questio per qua Hic illic istic vult ad vbi vero reddi. Hinc illinc istinc dicas si queritur vnde Et sic patet de aduerbijs localibus.

Contra ꝑdicta arguit ꝑmo sic.

Pristianus nõ enumerat cõparationem inter accidentia aduerbij ergo iste autoꝛ nõ deberet eam enumerare. ¶ Secũdo sic. Si cõparatio accideret aduerbio sequeret̃ ꝙ aduerbium esset pars declinabilis. cõsequens ẽ falsum. ergo illud ex quo sequit̃. ꝯña tamẽ patꝫ qꝛ pars ponit̃ in specie p suos modossignificãdi. Sed cõparatio et figura sunt modisĩcãdi partiũ declinabiliũ. g̊ si acciderent

aduerbio. aduerbiũ esset pars declinabilis. ¶ Tertio sic. Omne quod habet figurã est figuratũ. sed aduerbia nõ sunt figurata cuz nõ sint corporea nec quanta. ergo aduerbia nõ habent figurã. et per cõsequẽs male assignat figura pro accidẽte aduerbij. ¶ Quarto sic. autor sufficienter determiat de aduerbijs localibus in illa parte. da aduerbia loci. ergo frustra determiat hic de aduerbijs localibus. ¶ Quito sic. aduerbia que querũt de esse i loco et de esse de loco sunt diuersa. ergo etiã ea que respõdentur ad ipsa debent esse diuersa. et per cõsequens male dicit autor quod aduerbia de loco et ĩ loco eandem significationem habent.

Ad argumenta in oppositum.

